This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

S12.17

DE PETRI

BOESSATII,

EQVITIS ET COMITIS

PALATINI VIRI

CLARISSIMI,

Vita amiciſque litteratis.

LIBRI DVO.

NICOLAI CHORERJ Viennenſis
I. C.

Ad Franciſcum Duguæum, Regi ab intimis Conſiliis virum illuſtrem.

GRATIANOPOLI,

Apud Fr. PROVENSAL, Bibliopolam, Typographum Dom. Illuſtr. & Rever. Præſulis ac Principis Gratianop. in via Palatij.

Cum Superiorum Permiſſu, 1680

210. g 357.

Recordatione noſtræ amicitiæ
: feror, ut beatè vixiſſe videar,
uia cum Scipione vixerim.
ælius apud Ciceronem de Ami-
t. Sect. 15.

CONSPECTVS,

LIBRI PRIMI.

CAP. I.

PETRI Boeſſatij parentes, indoles, inſtitutio; ex ingenio cognomen. Eccleſiaſtico primùm Ordini deſtinatur. A Iuriſprudētia ad militiam & arma tranſit. Ad Melitam inſulam navigat. In familiam Henrici Momorantij Ducis aſciſcitur.

II.

Bello Genuenſibus indicto, centurionem agit. Tribus prælijs

nrereſt. Apologiam pro Leſdigue rio, Equitum Magiſtro, & militibus Gallis ſcribit. Gavio capto ejus centuria, cum aliis, præſidio imponitur. Deditur Genuenſibus. Boeſſatij indignatio in Grangerium, & in eundem bonitas. Gaſtoni Aurelianenſium Duci ſe addicit, amicitiam cum Balzacio & aliis præſtantibus viris conciliat. De Theophili morte, moribus & ſcriptis. Ad Rhææ inſulæ propugnationem & Rupellæ obſidionem Principem Boeſſatius ſequitur. Reverſus Lutetiam litterarum ſtudiis ſe exercet. Cum eruditis conſuetudo & familaritas. Dicentis gratia & lepos. Scripta.

III.

Militaris Boeſſatij fortitudo. Singularia certamina. Gaſtonem in Lotharingiam ſequitur. In Belgium excurrit, nec ſine periculo. In cohórtem Nobilium cubiculariorum & palatinorum à Gaſtone

cooptatur. Ad Momorantium mittitur. Belli civilis exitus, Momorantio capto. Gaſto in Belgium profugit. Boeſſatius amat. Militat in Suecos : victi, & cæſi Lotharingi.

IV.

Bruſſellas redit. De Capeſtano portentum. Germanico bello Boeſſatius intereſt, legionem legatus ducens. Cum Gaſtone in Galliam redit. Cum Th. Campanella amicitiam init. Magni à Rechelio fit. A quo in Academiam Gallicam tunc inſtitutam inſcribitur. In Delphinatum venit; & Vienna Gratianopolim.

V.

Gratianopoli gratia apud omnes floret. Caſus. Maria illius ſoror Viennam cum illo habitatura venit. Pietati & ſtudio adijcit operam. Varia illius in varios benefacta. Sororis & aviæ mors, ſoror

heredem inſtituit. Margaretæ Loraſiæ mors. Boeſſatij dolor & & officia in demortuam. Thomæ Campanellæ & Nicolai Borbonij mors, quibus iuſta Boeſſatius publicè facit. Ejus ſtudia, ſcripta, domeſticæ curæ. De munere publico (officium vocant) comparando cogitat, Gratianopolim, ejus rei cauſa, venit. Periculum in reditu.

VI.

Servata ad id conſequendum munus à Boeſſatio ratio. Conſilium mutat. Amor Chatææ, quam Nanceij amauerat, reviviſcit. Vitæ ratio. Diſſidium cum Hieronymo Vacherio Robillacio. Heinſij & Langermani Viennam, videndi Boeſſatij cauſa, adventus. Boeſſatius & Laurentius Luciùs Moluſinium eunt. A Simone Ducroſo & Nicolao Fareto inviſitur. Clarorum virorum & ſtudioſorum ad eum concurſus. Viennam Barralij adventus.

VII.

Ducit uxorem. A fratre diſſidet. Lis cum Ponterræo Senatore. Peregrinationes, pietatis gratia, ad loca ſua quæque religione celebria. De miraculis Beatiſſimæ Virginis ad Viniacenſem ſalicem ſcribit. Vult opera ſua in lucem edi, ſi nòndum euulgatis moriatur; de hac re tabulis publicé factis cavet. quibus illa amicis cõmendat è magno numero delectis. Ad Chriſtinam Reginam poëmatia. Tranſeuntem Viennam ſalutat. Collocutio cum ea.

VIII.

Ioannitarum Hieroſolymitanorum Militiæ & ordinis Anna Claromontanus, Clementiæ, Boeſſatij uxoris, patruus, præficitur. Poëmatium Boeſſatij ad electum. Mors Annæ Boeſſatij dolor. In Academiam Æmulatorum Avenionenſem cooptatur. Eques &

nes Palatinus à ſummo Ponti-
, ſcripto ad id diplomate, ſit. E-
am ſcribit ad primum Delphi-
ns Hiſtoriæ volumen. Conſi-
n eius de ſcribenda latino ſer-
ne. Mors Boeſſatij & libri.

IX.

Indoles, ingenium, mores,
tas & eruditio Boeſſatij.



DE P. BOESSATII VIENNENSIS, Equitis & Comitis Palatini vita.

LIBER PRIMVS.

Ad Franciſcum Duguæum Regis ab intimis Conſiliis virum illuſtrem.

AB hinc annos duodecim, tot me tantiſque DVGVAEE, vir ſumme, beneficiis ornaſti, ut, ſi deiis ſileam, cui non videar ingratus, qui

mihi quidem ingratiſſimus, videbor? Ea verò es animi altitudine, ut, nec etiam tibi, ſi commemorem, gratum facerim. Alterum vitio mihi, alterum laudi tibi erit. Accepta diſſimulare beneficia flagitioſum; data, per inanem gloriationem, jactare humile & turpe eſt. De te, jam à neſcio quo memini bellè dictum, mentem tibi, ut frontem, eſſe apertam, nec tuis quicquam de rebus velle latere præter benefacta. Amore virtutis, non laudis, ad laudabilia duceris. Et bonis, ut tu es, virtus veræ gloriæ loco eſt. Quibus rectè factorum conſcientia, ſine ſimulatione, blandirur, præclariori nullo teſtimonio opus habent, quo dulciori voluptate perfundantur. Beatum te & fortunatum, DVGVÆE, qui ſtudiorum, & officiorum conſcium, tuum intra pectus, animum tibi perpetuum habes laudatorem Miſeri & infelices, qui, dùm laudantur ab aliis, nullam à ſe laudationem capiunt, quam unam veri-

tas probat. Qua via ad cœlos itur, virtutis ductu, ad honores aſcendiſti E familiæ gentiſque tuæ ſplendore exortus es novus ſplendor. Præcellentes ingenio & virtute, hac noſtra & majorum ætate, fœcunda viros tulit. Ioannes Dvgvævs, ante annum centenſimum & quinquageſimum, eruditionis, eloquentiæ, ingenij laude florebat. Gallica lingua verſus optimos faciebat, & in certaminibus illis forenſibus, nam patronum cauſarum agebat, viribus, induſtria, rerum uſu, gratia plurimùm valebat. Tu verò omnium collectas in te dotes exhibes, quæ ſingulæ in ſingulis eminebant. Liberalibus imbutus diſciplinis inſtrumenta penes te, ad publicam rem capeſſendam & adminſtrandam, optima habebas. Igitur læto te primùm & gratulanti Pariſienſis Senatus cooptatum in Senatorum numerum, ſinu ſuſcepit: Prudentia quám ætate provectior, difficillimo parem te muneri oſtendiſti: In præcla-

doleſcentis iudole ſenis uſu re-
n confirmati gravitatem, mo-
ationem atque conſtantiam
:dicabat. Paucos poſt annos, in
pliſſimum collegium aſcitus,
plicum libellorum Magiſter, ſe-
n non animum murasti. Regio
mini quò propior factus eras,
erectior & promptior ad ardua
eque ſurgebas. Quæ ceteros obſ-
ctæ difficultatibus longo remo-
uræ tempore res erant, te ne qui-
n tantiſpèr retardabant. Tuo
iere ad veritatem, per circumfu-
n caliginem, rectá adibas Perſ-
aciæ, impediriſſimis, in negotijs
: teſtis ego ſim, qui & ſpectator
; integritatis, ſapientiæ, diligen-
nobiliſſimæ Gallici Imperij pro-
ciæ Normania, Lugdunum, &
lphinatus. Rationi civili præfe-
ſtractum illum Normani celeri-
timum, qui Venellorum fuit,
ima cum poteſtate, paucis qui-
n annis, ſed cum immortali glo-
gubernaviſti Pærſtantia, illis in
is, felix quædam ſiderum con-

ſtitutio & conſtans naturæ favor et amor, magno in dies numero, parere ſolet. Sed ab honeſtis ad turpia, a pulcris ad obſcœna nec ganearum ducti nidore & fumo, nec libidinum deliniti illecebris, ferè deflectunt. In litterarum ſtudiis maxima illis repoſita voluptas, quæ vera, ſi non ſola, benè natis exiſtit. Te verò, DVGVÆE, omnes ingenioſi, omnes eruditi, uno conſenſu, admirabantur; una voce in cœlos laudibus efferebant, tam aſſiduis, quam juſtis. Summus tibi cum omnibus uſus erat. Dulce eſt laudari a laudatis viris. A probroſis quæ laus venit, contumelia eſt. Vt in oculis, pro tua dignitate, omnium eras, ſic te urbes, vici omniſque adeò Provincia in ſinu ferebat. Amari quám timeri malebas. Nullo ferè intervallo timor diſtat ab odio. Alter alteri confinium eſt. Illuſtrior decreta demum tibi Provincia eſt, ſed et negotioſior. In Lugdunenſem & Viennenſem veniſti. Vnus negotiorum moli ſuffe-

ciſti. Nec numero animum fatigabant, nec pondere frangebant. Omnibus te unus parem præſtabas. Novis rebus alacer & integris ſemper viribus præſto eras. Laborem tibi veterem novo labore levabas. Cùm teſtimonium tibi de te dicentem conſcientiam tuam audis, majorem ſanè non credam ex virtute capi voluptatem poſſe, quàm tùm capias. Quis verò tuam in diſceptandis negotiis ſedulitatem, ſolertiam, diligentiam; in dijudicandis æquitatem, fidem, probitatem, pro merito, ſatis prædicet? Bonis, bona fide, etiam in litibus, omnia aguntur: Malis aliæ artes. Ex tenebricoſo mentis ſuæ ſpecu cœcam veritati offundere caliginem, ne ſecurus ad eam pateat aditus, ſolent. Inſidiantium noſti ingenium & dolos: Sapientia tua faciebas, ut, qui jure eſſet inferior, per fraudes factus ſuperior victis malè parta nunquam inſultaret victoria. Et hic eſt perpetuus innocētiſſimæ tenor vitæ tuæ. Nam intelligentiſſimum tibi judi-

m, accerrimumque ingenium
ɔeri dederunt, eum verò & tam
ɔſtantem æqui bonique amorem
tillavere, ut, qui te intuentur,
:mplar optimi viri quoddam in-
ne & illuſtre, quod boni imi-
ıtur, intueri admirantes fatean-
. Quamobrem te omnes ſuſpi-
ınt, qui animum, qui mores inſ-
iunt. Gravitatem humanitate
nperas; ſeria urbanis mirabiliter
ſces; auctoritatem comitate con-
. Suis perfectiorem numeris bo-
atem, quám tua eſt, ne quidem
gitatione ſibi fingat, qui te nove-
. Multò majores animi, quám
rtunæ opes habes, quanquam &
rtunæ ampliſſimę ſunt. Et in be-
factis ſitas tibi, non in pecuniis,
vitias eſſe putas. Itaque faciendæ
augendæ rei cui non admirabilis
ſeatur incuria & negligentia illa
a? Enim verò talem eſſe tali præ-
tum eruditione oportebat. Vt
ultùm tibi ingenij, ſic affatim lit-
rarum eſt. Omnibus cum Muſis
tionem habes. Audientes ſunt,

cum ad te vocas : Dom
colis. Agreſtiores forenſe
litiorum & amœniorum
cio mitigas & emendas.
negotiis horas in litteratur
ponis. Scis perire vitæ, qu
tatibus vitę pars cedit. Qua
nes, quas orbis terrarum
hiſtorię ductu, non peragraſt
nium ſpectator es terrarum
ſtis ætatum. Rerum prę ſentiu
apertior tibi aſpectus, quám
ritarum preſens memoria.
tiones Regnorum & Rerum p
carum, varietates temporum
ciſſitudines fortunę ſpectacu
tibi ſunt, quo tecum domi &
ſingularis delectationis & ad pu
cę utilitatis fructum jucundiſſi
frueris. Hac noſtra in ætate nat
vivis per omnes. Finitimam Hiſt
rię eſſe Poeſim Poetarum & Hiſto
ricorum ſententia eſt : Omnes pe
campos latinorum poetarum, quá
ſe longè latèque effundunt, perva-
gatus es. Flores, lætos per hortos
ſpatiatus, legiſti cultis in pulvinis,

ſuaviſſimi odoris, qui in omni tibi vita puriſſimam divinæ cujusdam voluptatis auram afflabunt. Verſus ex iis, magno numero optimos memoria tenes: Et, cum Lugduni eſſem, volebas Perſium, poetarum obcuriſſimum, alter alteri interpretando explanaremus. Ad me, quę tua humanitas erat, quotidie manè ventitabas. Diverticulum id tibi erat a graviſſimis occupationibus, quo oblectabaris. Et Gallicas quoque Muſas proximè vides. Nec te quorumdam attigit ingeniorum morbus, quibus aliena placent, ſua diſplicent. Lepidos & ingenioſos, cum fert animus, verſus facis: Nam eruditę tibi florent nugę; nec nugę ſunt. Quæ ſoluta & numeris libera oratione ſcribis, me quoque mirificè, ver bo um elegantia, ſententiarum lepore, ac naturali ſuo, non fucato, nitore capiunt atque deliniunt. Quacumque de re dicas, ſcribaſve, nitidè, aptè, æquabiliter dicis & ſcribis. De rebus ſeriis ſi ſermonem habes, abundans nec præ-

terfluens exurgit tibi oratio. Præſtantis ingenij eſt ſibi temperare, & dulcis amori gloriæ modum ponere. Duo ſunt Epiſtolarum genera; alterum familiare de rebus domeſticis, aut quotidianis, ad familiares; alterum grave, de rebus aut ſeriis, aut doctis, aut civilibus & ad publicam pertinentibus adminiſtrationem, ad doctos vel principes viros. In utroque ſuperiorem non habes. Verba rebus & dictionem ſenſibus adhibes, quæ admodùm delectet ac ornatè & veré quæ vis explicet. Nihil dulcius, nihil venuſtius epiſtolis tuis. Diligenter, quas duodecim ab hinc annis ad me dediſti, ſervo. Iam ſæpiſſime lectas lego. Concinna in illis omnia & urbana : Ab uſu communi nihil abhorrens. Verba & ſenſus gratiſſimè titillant. Veram ex illis ſcribendarum epiſtolarum artem colligi & confici poſſe dubium mihi non eſt. Verùmenimverò, DVGVÆE Clariſſime, non tam ex benè ſcriptis, quám ex egregiè factis,

laudem ducendam tibi intelligis. Bonus eſt qui, cum eleganter ſcribat, res quoque ſapienter ac prudenter gerit. Si otium tibi a negotiis ſit, & ad ſcribendum, de quo non deſpero, animum appuleris, talem te, nec dubites, etiám ſtylo oſtendes, qualem factis præſtitiſti; ut nihil ſupra poſſit eſſe. Et ſunt tibi in omni ætate, magni viri qui ſuo te exemplo ad hos, te dignos, conatus accendant. Nobili hac certè æmulatione gloriam es conſecuturus immortalem. Eorum in numero noſti quàm altum *Petrus Boeſſatius* gradum teneat, de quo viro, poſtquám omnia dixerim, quæ de magnis viris cogitatione concipi poſſunt, plura etiám dicenda ſupererunt, quám ego dicere queam. Sincerè inter nos amabamus, ut inter bonos fieri ſolet. Et quotiès illius in me officia recordor, quod facio quotidiè, videor mihi audire de me conquerentem. Præclariſſima in obſcuro ad hanc odiem latere ſcripta ſua, quî non indignari pu-

tem, quæ Petri Chappuiſij, Claudij Trivij. meaque in lucem edi opera volebat? Verùm, in hac quidem parte, quæ mea unius non erat, nihil omninò, quod præſtare officio potuerim, prætermiſi. Et juvat meminiſſe. Benè coepta malè ceſſerunt. Quare ſaltem alia, qua liberum eſt, ratione magni viri memoriæ & famę celebritati conſulendum duco. Igitur de illius moribus, geſtis, ſcriptis ad te ſcribere, DVGVÆS, & operam hanc meam tibi, quo tutior ſit & illuſtrior, commendare venit in mentem. Laudabis puto & favebis. Nam, quid laudabilius, quidve jucundius, quàm magnos viros, quibuſ-cum familiariter vixerimus, in cœcis ſempiternę noctis jacentes tenebris ad lucem & vitam revocari? Quantum, mediùs fidius, in me erit, excellentium hominum, quibuſ-cum amicitię conjunctioniſque neceſſitudo mihi fuit, obſcurari laudem, & oblivione deleri non patiar. Num merito jure homicidij

eus fiet, qui fato amicum, cum poſſit, non eripuerit? Mori tantùm, qui fatis concedens animam exhalavit, incipit, nec longè abeſt a vita: Vera autem & tota in eum mors incubat, cujus omnis extincta memoria eſt: Igitur, qui ab oblivione tuetur, a morte vindicat. Enimverò ſtolidi & vecordes, quibus libidines & crapula in bonis ſunt, vitam vocant, quam in ganeis & venere agunt Quæ autem in ſenſibus eſt, non in gloria, à morte vita non differt. Cum primùm liberales artes & vitę honeſtatem contempſerunt; è vita ſe miſeri ejecere. A vita exulant. Deliteſcant in caliginoſis voluptatum ſpeluncis, qui claram virtutis lucem oderunt. Pereant, qui, antequàm moriantur, vivere deſierunt Vita & luce boni & docti fruantur, etiàm poſtquàm amiſerunt. De Boeſſatio ſanè nihil quod non manifeſtò habeam compertum, atque, per me teſtesve omni exceptione majores, cognitum & exploratum, in medium profe-

ram, eloquentię utique nullius, ſed incorruptæ fidei : Ingenuo ſatiùs eſt ruſticè vera loqui, quám diſertè nugari & eruditè mentiri.

I.

PEtrus Boeſſatius latinis, græcis, galliciſque litteris eruditiſſimus, ex Maria Athealda Andream, Petrum, Abelem & Claudium procreavit. Andręas omnes noſtrę ætatis belli duces, militari gloria, ęquavit. Nec virtute bellica multò inferior Petrus fuit, quám Andreas frater: ſed & litterarum decus adiecit. Abel & Claudius diuturna non ſunt vita potiti, nec tamen illaudati, parmaque inglorij alba oppetiere. Anno tertio ſupra Milleſimum ac ſexcenteſimum in vitam Petrus venit. Egregia & prędara quædam virtutis indoles, quantus futurus eſſet, vel in infante loquebatur. Quinque annos natus ad Grammaticę ſtudium appulit animum, & in his rebus, feliciſſimo ſucceſſu,

rudimentum poſuit; quæ tametſi minimę videantur & ſint, ad maximas tamen viam muniunt. Ludum litterarium ingreſſus ęquales, ętate quidem multos habebat, inter ſodales, ingenio certé neminem. Sodalium conatus magiſtrorumque ſpem longo anteibat intervallo. Poeticam, ut nihil magis, amorem natura accendente, amabat. Quo momento proſa oratione prȩceptores gallicè dictabant, quę in latinum ſermonem converterentur, ea Boeſſatius latinis verſibus bonis & luculentis reddebat. Mirabantur omnes in puero non pueri virtutem. In Philoſophicis parem ſe ſibi prȩſtitit: Quodcumque ſtudij genus aggrederetur, excellebat. Prȩtergredienti ętatem annoſque poſt ſe relinquenti ſuos, applaudebant, vel qui ſubinvidebant: Indito, quod Anaxagoræ Clazomenij fuit, celebri cognomento, MENTEM appellabant. De puero quę omnium prędicatione ferebantur, Andręę Valaderio, quem affinitate continge-

bat, majorem in modum placeb
Valaderius Divi Arnulphi, a
Metenſes Abbatem gerebat,
que Boeſſatium ſucceſſorem
bat. Quamobrem, in illa ætate
miſſa veſte, quę clericorum
puerum induerat pater: In
ſpem educabat, & litteris in
bat: Quo demortuo, in alia
eſt conſilia. Confecto ſtudi
curſu, aliquot menſes Inſtitu
bus juris civilis edifcendis op
dedit: Sacr ſcienti cupido
arcanos legum fontes orbatu
dem oculorum uſu ſenex,
clariſſimè, ſi unquam cui
perſpecti & explorati eſſent
genter & ſtudioſè aperiebat.
monomum in poetica Inſti
num Iuſtinianj Imp. Interpre
ne, P. Boeſſatius appellat: Ver
fugit nomen. In his adol
exercitationibus; & pacis a
quibus prudentia quæritur, an
excolverat. Belli quoque art
dis amor ſuaſit ut amplect
quibus claritas nominis

creari ſolet. Puſinum & Bajas Hugonoti Oenoticos vocat Thuanus) tenebant: Incurſionibus & armorum impetu omnia circum latè loca infeſtabant. Leſdiguerius copias admovit. Boëſſatius ad Andræam fratrem, qui Prætorianæ, levis equitum armaturæ, cohortis vexillum gerebat, voluntarius profectus eſt. Puſinum & Bajas ad deditionem coëgit Leſdiguerius, fortiſſimus imperator. Singularis hoc in bello fratrum virtus reluxit, ab ipſoque laudata Leſdiguerio eſt. Ad Puſinum præſentiſſimæ Boëſſatius morti erat ereptus, volentibus Superis. Eruptione ab obſeſſis facta, impetum, qui in ea ſtatione erant, non tulerant. Aliis ſuo, quem ſibi finxerant, metu in fugam averſis; aliis, magno numero cæſis, ſolus ferè relictus erat. Gregarij militis è vulnere exilienti ſanguine cruentatum thoraca retulerat: ſummo periculo circumventus, neſcire ſe qua arte, quo fato evaſiſſet, narrabat; Annus vigeſimus ſecundus ſu-

pra milleſimum ſexcenteſimumque agebatur; quo anno pax compoſita eſt. Paucos poſt menſes, Gaſparus Poëſius Paſſagius, Melitenſis eques, in Africam (nam Melita ſub Africo cœlo poſita eſt) trajiciens ſocium comitemque Boëſſatium habuit. Muſius Veronius, Quinſonuſque, multa inter ſe familiaritatè conjuncti, unà navim conſcenderunt & Melitam uſque, ea uſi occaſione, excurrerunt. Nec uſquequaque læta navigatio, ſæva tempeſtate, non longè à Corcyra inſula, exceptis, fuit. Geographiam, ut æſtus & otij moleſtias falleret, ſodalibus explicabat: libri tamen, qui de Geographicis haberent, & tabulæ, quibus opus erat, deerant. Incomparabili felicitate, quæ ſemel memoriæ commendaverat, nunquam, vel minutiſſima, elabebantur. Antonius à Paula, ſummo cum imperio, Melitenſem & Ioannitarum rem adminiſtrabat. Honorificentiùs & liberaliùs, quàm fuit, tractari ab eo Boëſſatius, non pote-

: Noverat vir magnus, ab adoleſ-
ntis patre Hiſtoriam fulgentiſſi-
i Ordinis eſſe Gallorum natio-
luculenter explicatam. Qui
renti debebatur, honorem nato,
æclaro juveni, habuit. Perluſtra-
diligenter Melita, oblata de re-
tu cogitantibus occaſio eſt, quam
ɔentiſſimis animis ſuſceperunt.
elitenſis Militiæ Eques Beinxius
ɔurnum armatis inſtruebat mili-
ɔus, quo proximum Africæ lege-
t litus & prædas ageret. Octobet
ıenſis exibat, hybernandi verò in
laſſilienſi portu conſilium Bein-
us ceperat. Nulla re memorabili
ɔnfecta, proram Galliam versùs
ɔnvertunt. Proximis diebus fœ-
iſſima coorta tempeſtas naviganı-
ibus incubuit, ac ſeptem per dies,
ı non intermittente, tenuit. Octa-
o, poſtquàm venti poſuiſſent, in-
ecti in Trium Mariarum portum,
ıiſſis ex eo oppido dromonibus, ſe
itæ reſtitui putavêre, qui, tot inter
ericula horribileſque mortis ſpe-
ies, nulla quandiu ſpes vitæ affuł-

ſerat, certè non vixerant. Pro Rege Narbonenſi Provinciæ Henricus Momorantius præerat, Nobilitatis Gallicæ clariſſimum lumen. Suam in familiaritatem ſi Boëſſatium receiperet, operæ ſe pretium facturum non dubitabat; quà quidem, omnes apud Ordines & homines, fama, & commendatione ingenioſiſſimus, ac doctiſſimus adoleſcens florebat. Tam blandienti benevojentiæ & exiſtimationis ſignificatione ſalutantem honoraverat, ut volentem ſibi innecteret, & familiæ illigaret. Arctiora, ad adſtringendam verè ingenuorum & ingenioſorum hominum voluntatem, nulla, quàm amicitia & laudatio, vincula ſunt.

II.

ET Paucos poſt dies factum eſt, ut gratior Momorantio, quàm Boëſſatius, in familiaribus nullus eſſet. Vnius in confabulatione ac collocutione ſibi placebat; nam

majores ex nullo fructus capiebat. Animo quidem, non ita ingenio, Gallicus ille Heros præſtabat. Idcircò Crequius Boëſſatium illi ab ingenio, novo inauditoque officij munere, eſſe dicebat. Inter hæc, Magiſter Equitum, Leſdiguerius (Comeſtabilem vulgò vocant) exercitum cogebat, quem in Genuenſes, Allobrogum Sabaudorum Duci opitulaturus, duceret. Undequaque Viennenſis Provinciæ juventus & Nobilitatis flos, claro loco nati juvenes ad id bellum advolantes conveniebant: Forti utilique, hoc in bello Andreas Boëſſatius opera ſua admodùm rem Gallicam adjuvit: Claudius Frater, Melitenſis Eques, ab ejus latere, magni animi adoleſcens, non diſcedebat. Petrus, Centurio accitus in legionem Sancij Harlæi ductui creditam, ternis, generoſam ſuam ſequutus virtutem, præliis interfuit, & multo hoſtium ſanguine laudem nomini ſuo emit. Calamo quoque non tantùm ferro, egregiè Gallicas partes

propugnavit. Plurima de militum Gallorum dira feritate ab hoſtibus jactabantur; falſa quidem omnia; ſed ad creandam invidiam apta. Perſcripto, latina lingua, ea de re eleganti libello, præclarè ſuos defendit & de crimine purgavit: Ad Pontificem Maximum miſſa Apologia eſt. Evulgata improbis pudorem injecit, os contudit: Maledicta conquieverunt. Captum poſtea Gavium, munitiſſimum oppidum eſt; ithipoſitum capto præſidium. Caſtrenſium febrium contagio afflata & perculſa Boëſſatij valetudo Gavij ſubſiſtere non permiſit. Centuria militum, cui præerat, Grangerio relicta, legato ſuo, lectica vectus (nam morbus in dies creſcebat) Viennam rediit. Grangerius vero non is fuit, quem Boëſſatius ſperaverat. Præſidio quidem Gubernonius præerat. Hi, poſtquàm Leſdiguerius, cum exercitu, abſceſſit Genuenſibus, pacto (ea quidem fama erat) pretio, fidem Gaviumque prodiderunt. Quo ab Genuen-

ſibus recepto, in deterius res Gallica miſerrimè collapſa eſt. Allato tam fœdæ rei nuntio, quæ Boëſſatij ira & indignatio in Grangerium arſerit, haud facilè dicto exequar. Solabantur amici ſeſe acerbiùs afflictantem, quem ſciebant omnes nulla ſceleratæ conjurationis ſocietate teneri. In ipſa Lutetia, quis credet? impunitatem incolumitatemque invenit Grangerius; in illa ſplēdidiſſimi Terrarū Orbis Theatri luce, latuit, donec ex animis deleta flagitij memoria eſt. Viennæ poſtea vidi Boëſſatij etiam liberalitate vitam ſuſtentantem. Valetudine reſtituta, Pariſios Boëſſatius venit, Aurelianoque Duci Gaſtoni ſe addixit, & proficiſcentem ad Rhæę inſulæ propugnationem, cum delecta Nobilum manu, comitatus eſt. Dein revertēte Lutetiam Principe, in caſtris Boëſſatius manſit, nam Rupella obſidebatur, quæ demùm deditione factâ, in Regis poteſtatem redacta eſt. Aureliano pergratus in intimam quoque illius con-

ſuetudinem ſe inſinuavit. Nam ingenio pollebat Princeps alto, læto, & acri: De Nobilium numero, quibus familiariter uteretur, nonnullos legerat. Certis diebus, omnes in unum locum conveniebant, ac de rebus, quæ ad eruditionem pertinerent, accuratè diſputabant & diſſerebant. Suo quiſque ordine, de re ſermonẽ habebãt, quam Princeps propoſuiſſet. Copioſiſſimè, & ornatiſſimè Boeſſatius, hoc in ſplendido præclarorũ chominũõ ſeſſu, prima, quam habuit, oratione, de amore corporum, ac altera, de nihilo explicavit, quæ Principis aures animumque, ex abditioribus Philoſophiæ fontibus ducta ſuaviſſima voluptate perfunderent. Princeps præſidebat; &, per has horas, Principem, quo liberiores reliqui eſſent, exuebat. Nec imparatus & inermis eruditas ad has concertationes Boëſſatius veniebat. Multus cum doctis viris & eminentibus, ſua quibuſque in diſciplina, erat. Cum Grangio Philoſophabatur.

Cum Nicolao Borbonio latinæ linguæ; cum Ioanne Balduino Gallicæ operam dabat : Nec diſſimiliter cum Nicolao Fareto, Girardo Sanctamantio, aliiſque Gallica lingua claris ſcriptoribus, ſe dedetat in conſuetudinem, ut unà viverent, nec ab illo ferè diſcederent. Guezij Balzacij amicitiam, illa quoque ætate, ſibi conciliaverat, viri, omnium judicio, magni; ſuo, ſupra omne virtutis faſtigium, maximi. Ingenium Balzacij laudabat, eloquentiam admirabatur. Dicere ſolitus erat Gallicæ tam feliciter linguæ eſſe naſcenti obſtetricatum, ut non modò decus & nitorem, ſed ipſam etiam vitam Balzacio debere videretur. Balbutire deſiiſſe, inter Gallicos ſcriptores; aptè & generosè loqui cœpiſſe ajebat. Verùm ſuperbiam & jactationem æquo vix animo ferebat : Hinc factum, ut temperare ſibi non potuerit, quin, paucos poſt annos, cum omnium ferè telis Balzacius peteretur, docta illi ac gravi epiſtola de mutan-

da vitæ ratione & judicio, quod de ſe faciebat, perſcriberet, quæ in mentem venerant. Si moderatior eſſet, beatiùs cum illo actum iri, vir, moderatiſſimus perſuaſum habebat. Multis ſe quidem Balzacius excuſavit & inimicorum iniquitatem, quorum agitabatur intemperiis, incuſavit: Quanti Boëſſatium faceret, planè oſtendit: Nam quanto quis gaudio ſe bonis probari intelligit, tanto, ſibi exprobari quicquam, odio habet. Per miſerias & damna ſua, illis annis, ad famam Theophilus pervenerat, qua, in Galliis, nullius, inter ingenij laude præſtantes, major erat. Poſtquàm furenti fortunæ Momorantius præclariſſimæ indolis hominem eripuiſſet, ſuam in familiam receperat. Poëtici illi vigebant ſpiritus; ars deerat. Sola tamen naturæ incredibili bonitate laudem aſſecutus erat, quæ ampliſſimæ loco mercedis vero perfectoque Poëtæ eſſet. Carcere liberatum humaniſſimè Liancurius exceperat: procerum

qui, in aula era eminebāt, Liācurius ingenio, liberalitate, humanitate inferior nulli erat. Lacera & detrita Theophili veſtis generoſum pupugit animum: A mercatore, quantum vellet veſtium, capere juſſit. At ille & ſibi, & amicis, quantum ſatis eſſet, cepit. Amicorum erat in numero Majretus, cujus inopiam ſolebat pecunia ſua ſublevare: Stipem, ut de ſe gloriabatur, petebat ut erogaret. Nec res ſtomachum Liancurio movit; quo contractum animo nomen erat, expediit. Voluit Theophili liberalitatem, etſi de alieno, laudari & ipſe laudavit. Non multi præterierant dies, cum in eum morbum, lethargi genus, Theophilus incidit, ex quo non convaluit Enimverò, pridiè quàm moreretur, aliquot jam à diebus decumbentem in Momorantij ædibus, Boëſſatius inviſerat. Theophilus filium, quo vocabulo ſuum in juvenem longé æqualibus ingenio & doctrina præſtantem teſtabatur amorem, vocitabat. Gratiſſima hæc

ad eũ Boëſſatij aditio fuit. Enchraſicholos, quorum ſe eſu recreandum ſperabat, ut ad ſe deferendos curaret, abeuntem valdè rogavit. At enim rem, quam valetudini obſuturam judicabat, Boëſſatius omiſit. Cum recordabatur, tam fuiſſe negligentem dolebat. Nam ſic fortaſſe morbum levari potuiſſe, conjectabat. Ipſam interdùm expetere corporum naturam, quæ, quanquam valetudini contraria videantur, ad ſalutem plurimùm conducant, cõquiſitis rationibus & exemplis diſputabat. De ſingulari autem Theophili bonitate, facilitate, fide, quæ ab omni fraude & verſutia alieniſſima eſſet, multa enarrabat commendatione & laude digna. De mimia ſermonum licentia, carminum procacitate, ac ſolutioribus, quàm prudenti conveniret, moribus, quæ probro etiam eſſent, plura ſubjiciebat. Nullo quandoque honeſti reſpectu tenebatur. Libidinem dicendi, quicquid petulans & effrænata ingereret, protervè, non

n malus,quàm malè ſanus ſequetur : Nec ideo,ejus conſuetudine ›rrupti Boëſſatij mores. Nam ›rruptorem juventutis Theophim, qui oderant, probroſo nomi: appellabant. A virtutis tramite, uem ingreſſus erat, ne quidem ad :via deflectebat, tantùm abeſt, ut d nequitias evagaretur. Nec eſt tanen eorum imitatus pravam moleorationem, qui ſe à civilibus vitæ ›fficiis abſtinent, ac difficiles & moroſi vitam extra vitam quærunt. Liberiùs ut bonarum artium ſtudia perſequeretur, in ea urbis parte, cui nomen Vniverſitas eſt, domicilium conſtituerat. Quotidie tamen Principi in aula apparebat diligentique & aſſiduo efficiebat obſequio, nullus illi ut eſſet, inter familiares,carior. Et amicorum ſtudia erga ſe ne deficerent, indefeſſo ipſe amicitiæ cultu, qualem alti vir animi, honeſtè præſtaret, egregiè cavebat. Matronas etiam & puellas nobiles honoris cauſa conveniebat : Nec nullas in his officiis horas

cunque in domum ingred
eruditi joci, facundi lepôre
& faceta omnia ſimul aderat
dia ſecum adducebat, velu
Muſarum, caſta & pudica,
lentes nolentes ſeverioru
mos incredibili voluptate
rent. Memoriter multa, con
dæ memoriæ cauſa, ſingulis
cebat diebus, quæ plena co
que pronunciare voce ſolit
Quo quidem uſu fecerat, u
loqueretur, multis, qui cu
non conſueverant, declamar
retur. Declamationis nom
lum apud auctorem, qui a

ſſatij oratio lepore & venuſta-
ffluebat. Si verò de rebus dicere
vibus aut doctis contingeret,
ıma etiam viſinerat. Eloquen-
non tantùm elegantia & feſti-
ıs, abundabat. Contentione ſi
ıs eſſet, copiosè, prudenter &
ım ornatè, tam acutè eloquebа-
. Eximia dicendi facultate, id ſi
ret, pauci ſanè erant quos non
ceret. In familiaribus & levio-
n, ut ſolet, rerum colloquiis, mi-
n in modum placebat. Vel agre-
ores blandis, quicquid diceret, il-
ebris capiebat. In nugis quoque,
ſcitus, ſic & magnus erat. Fabel-
narrantem amabant & admira-
ntur. Canoro, leni, dulci vocis
ıo & gratiſſima quadam, quæ
opria erat, inflexione, omnium
res, ac rerum varietate & dicto-
m acumine animos permulce-
t. Dicendo mentes alliciebat &
ıebat. Subitam ejus & fortuitam
ationem, quàm ceterorum mul-
paratam ſtudio, malebant. Iocan-
enim nugæ doctiorum & gra-

tianopoli ad Ioannam C
Revelliam ; Lugduni ad
cam Baſiam ventitaret , hc
& fæminarum velut cõcur
ri : jam non circulus , ſed c
cœtus erat. Stylum optim
cendi effectorem & artific
cus orationis magiſter Tul
dixit : Quamobrem & L
Gallicè ſtylum Boeſſatius
bat. Æſopi fabulas,fortè no
nec difficili laborans morbo
men corpore ægro, Gallico
ne quindecim intra dies, e
quod credibile vix videri
luculenta quoque in eas

um (Romantios ſua Galli lin-
a vocitant) amore plerique om-
s tenebantur. Ergo, ſuadente
anne Balduino, egregiam & in-
nioſam de Alexandri Caſtrioti
noribus Hiſtoriam excogitavit
oëſſatius. Negreponticam nomi-
avit, & poſt vigeſimum quàm in-
ituerat diem, utcunque perfecit.
'trũque Balduinus, ſupreſſo auc-
is nomine, ſuo inſcripto, in vulgus
›pus emiſit. Factum quidem nec
›robavit Boeſſatius; nec etiam, pro
ſua in amicos indulgentia, moleſtè
habuit. Lucri illi ingentis inſtar
erat, quod ex ea re Balduinus quæ-
ſtus faciebat. Commoda amicorum
ſuis ultro rationibus anteponebat.
Familiarium magnopere utilitati-
bus ſerviebat: ſua cum injuria quod
illorum uſui cederet, & optantibus
oportunum eſſet, fieri poſſe perne-
gabat. Corporibus ſanè, ex rerum
natura, inter amicos, qui verè
amant, differt; animis, ex virtu-
tis præſcripto, non differt.

III.

Vtrique feliciter Miner
bat : In Muſarum c
multus erat, non totus. Si f
cernendum eſſet tam forti
gnabat, quàm eloquenter,
opus eſſet, diſputabat. Cum
ciſſimis viris in ſingulare ſ
que iterùm certamen de
Qui temporum furorerat.
cum Cavoyo, multiplici
terribili, conſeruit: vt inge
& manu valebat. Quocirc
ni in pretio erat. Voluit f
rum: eſſe ſuarum participer
mus Princeps. Ex Gallici
finibus excedens Mar.a Re
Belgium conceſſerat; &
quem ſuam in ſententiam
rat, in Lotharingiam aufi
Boëſſatium ſuorum nume
junxit, quos, difficillimo il

gia, Boſcodunenſis obſidionis
ia excitus, cum Alexandro Bel-
ortio, Nobili Delphinate, excur-
Batavi munitiſſimum validiſſi-
mque oppidum Boſcodunum
ſidebant. Cùm verò ad Mon-
m venit Boëſſatius, parùm ab-
t, quia in extremum periculum
njectus, juvenilem per impru-
ntiam, opprimeretur. Summo
ane propugnacula, aggeres, foſſas
bis diligenter obſervaverant: ſuſ-
:ta magiſtratibus Gallorum fi-
:s. Miſſis apparitoribus, in Præto-
um, cauſam dicturi, Boëſſatius
Bellofortius perducuntur: Co-
to conſilio, Magiſtratus conve-
:rant: pro utroque oravit Boëſſa-
us; factum excuſavit; innocen-
am purgavit; liberi dimiſſi ſunt.
lajori, eo tempore, cum omnia
rcùm inflammatiſſimo bello ar-
:rent, circumveniri periculo at-
ie diſcrimine non poterant. Inter
ec, Nanceij Gaſto familiarium re-
:nſebat numerum: Abſentem
oëſſatium in Nobilium Palatino-

rum (Cubicularios vulgò vocant) quos à ſe diſcedere nollet, Cohortem cooptavit: Argenti bis mille libras, ſingulos in annos, depenſurũ ſe Boëſſatio promiſit. Hoc exiſtimationis & amicitiæ teſtimonio, virum fortem, cujus fidem & ingenium noverat, ſibi devinxit. Aliquot pòſt menſibus, ad Momorantium in Narbonenſem Provinciã Boeſſatium legavit: Spes erat fluctuantem animum & jam admiſſo Richelij Cardinalis odio æſtuantem, in Principis partes adduci poſſe, ſi qua deberet arte, & induſtria, ad peteretur. Boëſſatio ad rem aggrediendam perficiendamque aptior nemo videbatur. Obliquis itineribus perrexit ire. Per Helvios tranſiens Baronati, Nobilis in illis Galliæ partibus viri, hoſpitio Tellerij uſus eſt, cujus ſub fide & ſecura cuſtodia, feſſum & laſſitudine ęgrum corpus, aliquot per dies, humaniſſimè habitus, recreavit. Nec profectio Richelium fefellit. Boëſſatium id in ſe ſuſcepiſſe negotij moleſtè

: prę ſe tulit, quem nempe
ıi æſtimaret ; cujuſque fra-
:giis in exercitibus, claram fi-
ibus factis famam peperiſſet.
via à ſpeculatoribus interci-
ır, valde vehementer cupe-
iuſque cauſa, dicebat. Incolu-
: ſoſpes, vitatis inſidiis, ad
orantium pervenit & ſummis
um virtutibus virum in eam
perduellionem, quę exitio
ſam ita appoſitè ad perſuaſio-
lixit, nihil ut ille rogāti opem
et. Quę conſequuta ſunt dice-
ı habeo; & Galliam omnem,
tu, ſic & dolore impleverunt.
:ęſiſque rebellium copiis, ca-
ucibus, quorum authoritate
ı nitebantur, ſupplicium de
orantio, ingemiſcente Gal-
ıni, crudeliter, juſtè tamen,
:um eſt. Indignatus Gaſto,
necis cauſam tanto viro attu-
nec precibus & obteſtationi-
rrum ab ejus cervicibus aver-
otuiſſet, iterū ad hoſtes emi-
:.Bruxellas cocedentem Boëſ.

ſarius, pro muneris, quo il
Principi erat, officio, eſt ſe
Demortuo Guſtavo Adolph
corum Rege, orţ ſunt Carc
tharingorum Regulo cum L
co Rege, plurimę diſſidioru
ſę; quibus, velut miſſo à Sup
cendio, mox miſerrimus il
cipatus conflagravit. Nam
Germani latrones ex Su
copiis, more ſuo, aliquot
ringię loca populati eſſent
ſuis tamen auſpiciis juſſuve
eſſe Suecorum imperatore
bant, exercitum Carolus ce
vit, ſuas, ut ſperabat, ulturu
injurias. Gaſtinoſius & Flor
imperatores exercitui dat
nis hebdomadis bellum di
Id tẽporis Carţã, puellam, n
mo genere oram, ingenij &
prţſtantia captus valdè ve
ter Boëſſatius amabat. Phal
Principi, optimæ fęminæ, de
ro honorariarum nobiliu
larum, aderat. Mutuo ſ
amore, ſed adverſis fatis, d

ſonio, cùm primùm ſe opportunitas daret, contrahendo, conſentente optima Principe, inter eos convenerat, nam Cateæ mater non probabat: Phalzburgia verò prona vebat voluntate. Noluit tamen, Ni his implicitus amoribus eſſet, uas, hoc in bello, partes deſiderai. Cujus ingenium vel inimici laularent, ſciebat laudi non fore, ſi otio indulgeret & inani amorum pei. Orabat, jam non ſui præ amore compos, puella, ne ſolam deſereret & ſe Marti cõmitteret. Laudis amor puellæ amorem vicit. Lenoncurtiûs Blanvilla legioni præerat. Legionibus enim peditum quinque omnino conſtabat exercitus: Totidem præerant Tribuni: Legatum Blanvilla in ducenda credita ſibi legione, Boeſſatium habuit, Carolo duce eligendi optionem deferente. Hagenoham, Alſatiæ oppidum, obſidione premebant Sueci liberarique Dux urbem juſſerat. Ac jam Paphnoviam, vicinam urbem, qua occupata facilior ad

Hagenoham aditus eſſet, Lo
gi pervenerant. Huc, relicta
noña, converſus omnis eſt
rum exercitus. Nec, pugna
occaſione, certamini ſe Lot
ſubduxere, quod cautiùs
eſſet. Floranvilla, alterno
ductu, imperabat. Principi
dem fortiter utrinque pug
pulſus Suecorum exercitu
quidem, non autem fugati,
opportunè tormentis, in
Lotharingis cladem intu
Mutata de repente pugna
eſt. Peditatus Lotharingi e
terga omnis vertit, & Tabe
fuſa ſe fuga recepit. Blanvill
ſatiuſque, ſuo quiſque muni
cti præclarè ſunt. Servatu
eſſe exercitum, non auſis in
tes ſuis è munimentis er
Suecis, palam fuit; cum ipſi
gerent, ſed fugientes, facto
in ultima acie, lentè ſequ
ſuiſque pectoribus tegerer

IV.

ereà Bruxellis Aurelianus Dux
:bat, abſentiſque Boeſſatij non
nterdùm deſiderio ſtimulaba-
deò, profligato bello, ſui de-
ı ſenſit ẽſſe officij Boeſſatius
, à quo ſe diligi intelligebat,
pectu diutiùs non carere. Bruſ-
s reverſus ab ea poſteà Vrbe
deceſſit. Capeſtanum Delphi-
m è Nobilibus Cubicularijs, in
iam Gaſto miſerat, qui milites
luceret. Captum verò Regij
iſtratus Lugduni ſecuri ferie-
: Quo de viro rem Boeſſatius
ıbilem narrabat. Cum puella
lam familiari, attamen hone-
:onſuetudine Bruſſellis conjun-
imus vixerat: Qua die eſt capite
ıcatus, cum hæc è cubiculo in
ectum vicum puella inſpice-
, iiſdem indutum veſtibus, qui
erat, cum Bruxellis exierat, &
ıſeuntem, ſed capite minutum,
)eſtanum videt. Spectro percul-

ſa exclamabat ſe videre, ſed capi
cæſo, Capeſtanum. Qui aderant
ſere, quos allato de ſupplicio C
peſtani nuntio, ingens omnes a
miratio cepit. Quod autem qual
ve his de rebus judicium fieri d
beat, aliis diſputandum relinqu
Vivo Boëſſatius amiciſſimè intim
uſus erat, egregiique juvenis caſu
permoleſtè habuerat: Nam, ut co
ſtanti, ita & tenero amicitiæ affe
neceſſariorum amicorumque pa
ticipare gaudia & ærumnas ſolit
erat. Ipſe verò otij impatiens d
cendam Bentivoliam legione
ſuſcepit, & Germanico iterùm be
lo interfuit auxiliaribus Lotharii
gis adjunctus. Sedenim ad Norli
gã potiti ſunt victoria Auſtriaci: I
ut à Carolo Duce erepta victis Su
cis, Gallorum fœderatis, militari
ſigna ad Gaſtonem, magno num
ro, mitterentur, Hiſpani auctore
fuerunt. Inſultari ſibi à ſuperbiſſ
mis hominibus Gaſto intellexit, q
ſcilicet videret, quanto hac victo
ria Auſtriacorum Hiſpanorumqu

es magis recreatę ſublevatæque
nt, tanto etiam magis Ludovici
;is eſſe debilitatas, quas inani
aſtu fractas jactabant. Tandem
ferendæ arrogantiæ pertæſum
Compoſitis, cum Rege fratre,
is, in Galliam rediit; uno vigin-
uinque leucas curſu emenſus
ellam, Picardiæ Provinciæ li-
em, pervenit. Magnam reditu
ſſatius ſuo amicis, qui multo
ıero erant, voluptatem attulit:
nes in amicorum cenſebat nu-
o, qui armorum litterarumque
le eminerent. Paucos verò poſt
ıſes, quàm in Gallia eſſet, litte-
Phalzburgiæ Principis nomine
e datas, Pariſiis accepit. Carolus
ı, opinione, quam de illius inge-
præſtantia & animi fortitudine
ebat, eum valdè dilexerat. Ab-
is etiam præſentior, grata cum
ordatione, & major, ut ſolet,
tia erat: Boëſſatij, deſiderio te-
ıatur. Magno uſui & ſingulari
litati futurum, in ſago & toga, ſi
tharena ſe vellet civitate donari

complexu patere-
habebat. Quæ hac
t animo conſilia, cũ
municaverat. Boëſ-
Principi, ut maximè
ic in ore & ſermone
e propenſa Ducis in
certiorem fecit. An-
m, qui fortibus factis
m ſibi nomen fecerat,
ëſſatius quid ſibi fa-
aret. Enemondus Ma-
navigienſis, vir, ut for-
itari clarus, ſic in rebus
telligentiæ non medio-
que rogatu, ad Ducem
ir, qui quid id rei eſſet,
alzburgia admonebat, di-
xploraret, nihil verò certi
etenti promitteret. Nan-
greſſus primùm, ut juſſus
alzburgiam convênit, quæ
atio plurima præfata, qui-
n in Boëſſatij commoda &
num Mathæo probaret, de
cum illo cõnubio non pau-
uit. Veteris etiam nobiliſ-

irgini, cum Lotharenis Prin-
s, non nihil intercedere affi-
s, non ſolùm faſſa, ſed et pro-
:ſt. Mox in ſecretum Mathæus
s congreſſum & colloquium
:. De Boeſſatio multa Princeps
rogavit, multa de ſua in eum
:volentia retulit. Sibi quidem
ſſatij, cum Cataea lectiſſima &
clariſſima puella, non tantum-
dò gratiſſimum eſſe dixit con-
ɔiũ, ſed & optare ut prima qua-
e die concilietur; ac ſe dotem da-
rum virgini Boëſſatio accipiente
ſe dante dignam. Nam tanti uti-
ıe, inquit, Boëſſatium quanti vix
lum, inter ditioni meæ ſubditos,
ıcio. Quod ſi ex animo, mutatis
artibus, quam à natura cepit, repu-
iaverit patriam, quam illi dedero
:ceperit, pro eo ac de me benè
ıeritus erit, gratiam habebo. Hæc
ɔnclusionis ſumma fuit. Reſponſi
ihil Mathæus certi quod ſatis Du-
i faceret dedit. Nam ad id quidem
ıandati nihil dùm attulerat. Reſ-
ondit tamen ſe ad Boëſſatium de

re, qua fide erat, diligenter relat
rum, quem ſanè patriæ eſſe ſi
ſciebat amantiſſimum, ſed etia
tanti utis erat, Principis ſtudioſiſ
mum, atque obſervantiſſimum. P
triæ amor & pietas vicit: Se non ta
ſibi natum, quàm patriæ Boëſſati
meminit: Honeſti maluit, quàm u
lis habere rationem & eandem e
ſibi ſemper civitatis & juris p
triam, quæ naturæ & loci eſſet. M
gni verè animi eſt blandientis fo
tunæ donis, virtutis, vel ſpoliatæ
à fortuna deſertæ gratiam & fa
dem anteponere, cujus qui ſu
compotes, non poſſunt eſſe non f
lices. Sola Boëſſatius in virtute
tam laudem & opes habebat
quærebat. Cardinalis Richelij, c
exciſas adverſæ in Gallia Religion
vires, apud Vrbanum VIII. Pon
ficem Maximum, ſummâ grat
erat. Eo rogante & volente, Th
mam Campanellam, ex Hiſpanic
Inquiſitionis carceribus, in libert
tē Vrbanus vindicaverat, & Lut
tiam Richelius evocaverat. Cuj

ëſſatius in Philoſophicis opinio-
s ſequebatur, nulluſque in Gal-
a erat nobilitate, qui proniori
ampanellam voluntate coleret.
fficiis, laudibuſque, in dies, ma-
s ac magis, quo modo, qua ratio-
: poſſet, præclarum Boëſſatius vi-
im ornabat. Etenim de Campa-
:lla, ſuo loco narrabo; qui ſanè
luſtris magis fuit, quàm magnus.
ariſiis verò nemo ullus erat, quem
ajori benevolentia omnes com-
lecterentur, & clariori laude,
uàm Boëſſatium proſequerentur.
Lichelius, honoris & fortunæ ſum-
ius in Galliis arbiter, quanti, pro-
ter pacis bellique artes, faceret
ion diſſimulabat. Fortè ad Regem
:urru vectus ibat obviamque fa-
tus Boëſſatius eſt. Quadam, quę
ntea non erat, oris alacritate,
unc accidiſſe gratiſſimum ſibi &
ucundiſſimum occurſum oſtendit;
roducto extra currum inflexoque
apite, ſalvere Boëſſatium jubet.
'præſtantem virum, quem ad majo-
a atque digniora promoveret, ex



miam Gallicę ornandę li
eruditioni in Gallia ampl
inſtituit. Boëſſatium, qui de
ro foret Academicorum ,
tentia delegit: qui quidem
genorum numerus erat. Pau
qui, non temerario conatu.
ditionis & ingenij laude
cum Boëſſatio, contendere.
itaque & fortunatos dies ag
eo Muſarum otio. Porro ta
ta felicitatem ſuis contentc
quę Muſarum erant, invi
Erat Boëſſatio Viennę-avia,
virtutibuſque venerabilis m
Clementia Sennètonia; Erar

riaco Ponterræo, qui Sena-
;erebat, collocata, ætate
Maria, lectissima fœmina,
Visendarum inauspicata ce-
litas. Viennam venit: qua
cum aliquot, in parentis,
i, amicorumque complexi-
nsegisset dies, Gratianopo-
nitem Saltium, virum su-
itatem etiam magnum, qui
;e præerat, salutaturus pro-
r Prudenti susceptum ju-
nsilium, nescio quæ fato-
ialevolentia, hominumve
mproborum insidiæ corru-
ac infuscaverunt; ut pessi-
:ret. Malitiosa calumnia in-
i contumeliam ac turpem
n peperit.

V.

Vrbe primis diebus omnia
:. Ingredienti obviam iviſſe
st publicus favor: prospera
mnium Ordinum gratia be-
ntissimisque amicis, vel qui-

bus humanitatis minus erat,
batur. Franciſco Bōnæo Saltio
miti; uxorique Annæ Magda
Ragniacæ, ingenio præſtanti,
ma pitenti, feminę acceptiſſ
erat. Bacchanalium dies vene
Larvatis hominibus liberiùs
quendi agendive, per jocum, l
tia, de more, erat. Boëſſatius
vultum induit; muliebrem ve
ſumit: Qua ſumpta nugari, qu
tetriciores mirificè amarent,
viſſimè ſolebat. Ad principen
minam venit, lepidiſſimas eſ
gerras cœpit & ingenioſas fac
quo ſolebat, ſale conditas inge
Diſplicuit tamen & iram n
Diſceſſit Boëſſatius. Hunc, c
qualis ille eſſet, muliebris iræ
tum, antequàm eluceſceret,
tū facile iri ſperabat. Nullius
ſibi dicti factive, quo præclaram
minam læſam vellet, conſciùs
Nihil animo angebatur. Quæ
conſequuta ſunt: ea ſatiùs eſt
nia ſilentio conſepelire alto &
ſcuro, quàm dare luci. Ab ea

quas hactenus ſpes aluerat, à fortuna, nullo ſuo merito, tam malè habitus, omnes ex animo expulit. Æternum aulę vale dixit: Viennam ipſe ſe relegavit. Ægrotabat. Ad modùm adoleſcens de ejus morbo, ut titulum inſcripſi, poëmatia duo (Sonnetos, Galli vocant) confeci, quæ typis impreſſa in vulgus exierunt, imprudentiſſima, ut ratio temporum erat, temeritate. Agebat, Viennę Magdalena Loraſia, Nerij Caponiaci, de nobiliſſima Caponiacorum Lugdunenſiū gente, Viennenſis prætoris vidua, virtutibus, forma & natalibus Clara. Matronam maximi Boëſſatius faciebat, aſſiduuſque frequentabat. Legendos illa dedit Boëſſatio verſus, cui de facie notus non eram. Sin minus ingenium, amorem erga ſe meum, qui plurimus erat, laudavit & amavit. Fortè fortuna cum eſſem apud eam, ut multus eſſe ſolebam, Boëſſatius venit: Amicitię, inter nos eo temporis momento enatæ, id initium extitit: Quę conſtans unoque

tenore æquabiliter fluens, viginti quinque per annos, ad Boëſſatij uſque interitum, viguit. Maria, Boëſſatij ſoror, à Ponterreo viro, per id tempus diverterat: ſtabilem ſibi ſedem Viennæ legerat. Fraterna inter ſe charitate amabant: Alter alteri ſolatio erant. Nam præſtanti fœminæ infirma valetudo inerat: quoties uterum gerebat prægnans, à morte proximè aberat: abortus patiebatur difficillimos. Divortij hæc cauſa erat. Exulcerati verò animi dolor Boëſſatio in dies recrudeſcebat: Inuſtam ſibi notam, quam nulla aboleret dies, putabat; præcluſam ſibi viam, per arma, ad honorem & opes eundi ducebat. Aliam quærendam intelligebat, quæ ſaltem ad animi tranquillitatem duceret. Se ad pietatis litterarumque ſtudia convertit: In Religionis cultu, ſingulis quibuſque diebus, multas horas ponebat, ac, ſi quæ ſe darent hominibus benefaciendi occaſiones, nulli deerat. In hoc novæ vitæ tyrocinio erat, cùm Militaris for-

ꝛ oris, qui ſe in Lotharingia
ꝛem Villanovanum mentieba-
Viennam, neſcio quis, venit
ıicolę veſtitu. Suam in domum
lem Boëſſatius inopem rece-
Annum apud ſe habuit: Erant
ıirabantur; quem uſum & uti-
m ex homine mediocris, vul-
ꝗue ingenij caperet, interro-
;hunc eſſe ſibi ab Eremita re-
ɗebat. A ſecretis, á libellis, à
ɔus recepta locutio eſt. Impo-
, ſuam cum latere diutiùs frau-
poſſe deſperaret, fuga ſe ludi-
ſubduxit. Ioſephus Rogerius,
nelita, ex ea ſecta diſceſſerat,
Calceorum uſu interdicit; cui
oleſcens devoverat ſectæ. At-
ɛn veſtem non depoſuerat:
ſſatium quoque convênit, &
ricordia ad pietatem movit.
: in Lugdunenſi præfectura
tor frater patruelis erat; at fra-
ı in Boëſſatio invenit, quem in
e nactus non erat: Et hunc
iu Boëſſatius, apud ſe habuit,
ɔeralitate ſua ſuſtẽtavit. Enim-



Claudium Suppæum egr
nij & eruditionis dotes
dabant; nimius vini amc
bat. Et hunc, multos,
quòd olim ætate pro
Grammatico ſtudio op
vantem juviſſet, ſuis cum
neficiis : Lætè & lautè
Mota Belbrunius, ortu,
nobilis, magnus nebulo
liam erro vagabatur. B
quem in exerciru Carol
derat, etiàm convenire ſ
nec opem implorantei
itus inter clamoresque querubona acutè facetéque dicta diſolebat, quæ riſum provoca-. In excogitandis rebus mirabollebat ingenij acie; in effeis ſingularis venuſtas inerat. ta, cùm legendo, tùm ſecum mentando, ac aſſidua cum doiris conſuetudine, didicerat: legerat atque audiverat ommemoria tenebat; in numeraum uſus poſtularet, habebat. im in Iuriſprudentia ac Philoia, quæ unicus Iuriſprudentiæ eſt, ſtudium & amorem macollocaverat. Poëſi tamen lagallicaque oblectabatur, boe interdùm, utraque lingua, ina pangebat. Bibliothecam, rum amantiſſimus, optimis rem libris collegerat, quibus perdis horas ponebat, quæ negoacuę ſupererant. Omnes itaeri & excellentis Magiſtratus

ſtoria non inter
Cum Iosephvs Port
diorũ Curiam ingreſſus
è vita exceſſerat. Pat
ſtirpe Portano clara nc
ternus avus, Melchior
quabelleus regij cognit
munere, Gratianopol
tui, in difficillimis cau
gotiorum ambagibus,
erat. Inter Iureconſult
velut legum Genius
Dubiis in rebus, illius q
tentia, rectus ad verita
erat. Alia Portanus n
virtutem & laudem ve
ra nature indole, ad h

ni eſſet; ne venditat quod levis.
:nii affatim illi, memoriæ au-
i omnem præter fidem ineſt.
iva, cum libet, urbanitate con-
ermones, & Attico ſale aſper.
Tenacior qui polleret memo-
ıuſquam vidi. Auditu quicquid
el perceperit, ſemper, ac ſi eſſet
commentatus, reminiſcitur.
tiones quæ haberi à concionа-
ous publicè ſolent, ſi quæ pla-
:int, ſine ſcripto, eiſdem ver-
, ac eodem vocis ſono, & actio-
ɜeſtu motuque, ita ut nihil, ve-
ad ſimilitudinem, deſit, inte-
reddit. Mirantur qui adſunt;
ıodùm nihil ipſe ideò ſibi blan-
r. Nam ludicra hæc præ utiliſ-
is ad boni Magiſtratus conſe-
ndam laudem ingenij animi-
dotibus, quibus abundat. Vien-
ſis primùm Subſidiorum Cu-
Metēſiſque deinde Senatus bo-
& integri partibus Conſiliarij
è planè defungentem amabant
ıudabant. Collegæ, abſque invi-
, laudi conſentiebant. Nunc

quo gradu in ſuprema rationum Fiſci Curia ſedet, ſummâ unà cum eo ſedere probitatem multæ rerum forenſium cognitioni conjunctam cives & hoſpites ac peregrini ſi tentur. In illam præſes allectus Curiam dignitatem humanitate commendat. Omne Herclè punctum tulit, qui omnibus placuit; qui maximis immo virtutibus, omnium, quos unquam ſuſcepere labborum, difficillimus fuit.

IACOBI MARCHERII, aliquot poſt Lucij interitum menſes, mors ſecuta eſt, non immatura ſanè (nam ſexagenario major interiit) amicis tamen acerba. Ingenio excellebat, judicij minus erat. Sed aptè & diſertè dicebat: Ita, ut, cum in publica concione ageret, auditorum aures animique dulciſſima voluptate perfunderentur; nam Advocatum Regium gerebat. Mirificè canoræ vocis Ienocinio quodã, mentes alliciebat &, quò vellet, impellebat. Itaque, quas in diſceptandis cauſis, partes amplecteretur ſuaque

ntia commendaret, in eas vo-
m nolentem, eximia dicendi
tate, ſæpènumero, Curiam
ıcebat. Cum de cauſis, quas
ɔcati egiſſent, quæ ſua eſſet
ntia, ediſſereret, Advocatos, ſi
commendationis promeriti
, illaudatos non præteribat.
adacto velut laudis calcare,
ırſu pergentes ad majores au-
ɔnatuſque incitabat. Atenim
tes viri virtutes quædam fœ-
t; libidinibus ſenex domum
verat. Verumenimverò, quis
homo dabitur, in quo nihil
ıendas, omnia laudes? Simi-
ɔpemodùm illi ac Guignardo
:xitus. Podagra æger decum-
: Viſum amicus venerat. Ex
ɔnibus ſermones ſerunt, ac,
longum colloquutio in tem-
ocedit, atram ſibi offundi ca-
m, obſcurari diem ingemit,
entoque poſt, omni ſenſu de-
ur, extremumque efflat ſpi-

ſectus in Marcherij locum eſt



plurimi Boëſſatius æſtir
in Iannone omnes ani
nij dotes, ad hanc re
ſtrandam provinciam
tes, elucebant; fidenti
induſtria, dicendi facul
viſſimè auſcultatorum
vellet, afficeret. Cum i
pit, vix litteras attiger
nenti tamen & indef
breve intra temporis
virum eruditum evaſit
cendi cupidiſſimus, al
ſium labore, in Geogra
riæ, Iuriſprudentiæ pen
ta penetravit. Græcar

borum numerum , nullo inter enſu cohærentium , quæ ſemel itata eſſent , eodem , ac mox am inverſo ordine repeteret : o numero quodque prolatum t, ſi interrogaretur, verè reſpon-et. Oratoriæ facultatis memo- theſaurus eſt. Attamen abdica- Magiſtratu, maximis non impar, gè diverſo ſe devovit vitæ ge- i : Sacérdotium iniit. Sacræ ſan- luſti Lugdunenſis ædi, qua divi nnis ſola dignitate ſuperior eſt, minum numero conſpicuæ , id ıporis Obedientiarius præeſt : nmæ eſt dignitatis appellatio. In quidem viro , quod forti & ſan- digniſſimum non videatur, non rehenderis: Propoſiti tenax huc ertur, quò pietas & officium vo- s nec à recta deflectit via. Vehe- nter velle virum bonum & in- entem, quæ velit, Religionis & tatis intereſt : Nunc , non ſpre- quidem , ſed ſaltem neglectiùs itis humanarum diſciplinarum liis, in emendandis eorum mo-

rious, quibus, ipſe ſuis præluceat ad veram Chriſtiani nominis gloriam, horas, cogitationes & ſudores, ex animo, impendit, vitam etiàm, ſi res ferret, impenſurus. Qualis olim futurus eſſet, cuicunque vitæ ſe generi adjiceret, conjectura aſſecutus Boëſſatius erat. Hunc eſſe de quo nihil, ulla in ætate & ullo vitæ ſtatu, mediocris ſperandum eſſet, dicere ſolebat.

Lvdovici etiam Basemontii, dum prætor Viennenſibus jus diceret (Viceballiuum vulgo vocant) ædes multùm Boëſſatius frequentabat: Nam æquus, ſapiens, & laborioſus omnium ſanè ſibi demeritus gratiam & exiſtimationem Baſemontius erat. Profectò ut æquabilitate decernendi & ſanctitate judiciorum offenſionem vitabat, ita humanitate ſua ſingulari, & lenitate audiendi, benevolentiam adjungebat. Cùm verò, abdicata prætura, in numerum Senatorum Gratianopolitanorum cooptatus eſt, animum non mutavit; eundem,

Viennæ fuerat, in hoc honoris
ıine ſe geſſit. A bonitate, le-
e & integritate ſua non re-
ı: Nec recedet unquam, ſi ipſe
ɔn deſeret. Mutatis ſedibus cum
ınç exceſſit, triſte ſui deſide-
ı reliquit, quod, plurium vix
em annorum ope, lenimentum
em, non finem cepit.

X.

Tenim magnos IOANNES
COLVMBVS profectus in litte-
ſ in vera pietate maximos fe-
Laurentio Lucio non ſecus
Boëſſatio amiciſſimus erat.
ıuaſcæ natus Columbus, non
ɔbili Salyum Provincię oppido,
hęc anno ſcribo, quintum at-
octuageſimum annum imple-
Theologicis, Philoſophiciſque
iplinis, ab juventute, inſtructus
ıaniorum etiàm artium ſtudia
animo complexus. Hiſtorica
negłexit. De rebus geſtis Va-
inenſium Dienſiumque Anti-



ne viribus conatus com
His in concertationibus
veritate vires ſunt. P
quod, in ea me differta
mine non compellavit
pere, quanquam non nc
laudavit.

Eandem quoque Ieſui
ſe adſtrinxerat, MATHÆ
NIVS ſectam ſequebatur
lucis uſuram accepit & a
neſtiſſima familia natus
rendorum veterum nur
rerumque antiquarum,
neris, neminem ardenti
cupiditas. Sed hic, mor

gerat, pretio mutauit. In emptorem Germanum nobilem virum, non gratuito dono, contulit: quo tamen pretio immortalem nomini ſuo famam quæſiuit. In ædibus Ieſuitarum, quibus Diui Ioſephi impoſitum nomen, ad confluentes Rhodanum & Ararim amnes poſitis, Bibliothecam, amœniſſimo loco, ſolerti ædificauit cura, &, magno numero, libros, partim dono, partim ære comparatos ſuo intulit. Certam etiàm pecuniæ ſummam, qua libri coemántur, in ſingulos annos fixa, ſtabilique penſione ſoluendam conſtituit. In alium ne conuerti vſum poſſit, diligenter cauit. Nulla itaque temporum vnquam injuria viri memoriam delebit: Bibliotheca librique omnes, qui ſucceſſuris inferentur temporibus, fecit, vt ſibi pro monumento ſint: Antè duos autèm annos, viuere deſiit; nec diù ſuperſtes fuit Buſſerius.

Cum Bvsserio Viennæ commoranti, ſicut & cum Cõpanio, neceſſitudinẽ primùm Boeſſatius inierat; ſed Companium affinitate quoque

contingebat. Iam tum con
latinè, gallicèque operibus
Busserius ad scribendam G
Historiam animum appulera
centi, qua ope poteram, qu
modò Historiæ obstetricabar.
gentiam, industriamq; in com
dando Ludovico nono, sancti
Rege, suam omnem posuit: C
rùm, inter bonos historicos t
remotior ab optimo, quantò i
malos à pessimo. Mezeraium,
lica primum in Historia, non in
liciter latinè expressit. Sed simul i
quasi facem præferre desiit seque
ti, deficere visa est narratio: Et dat
ad Mezeraium litteris excellenti
historici amicitiam ambierat, cujus
sanè opibus infinito labore cumu-
latis, nullo ferè ipse suo, ditescere
Nec ipse negabat qui ingenui &
beralis animi cãdor erat. Latinæ lin-
guæ sciẽtissimus à germana ejus pu-
ritate rarissimè descivit. Sacros præ-
tereà Oliuæ Iesuitarũ Ordini præfe-
cto (Generalem nominãt) ex Italico
in latinũ sermonẽ, optimè conver-
tit: Nec sine laude & honore hic la-
bor; nam singulos in annos, ducẽ-

nti Gallicas libras, ab eo tem-
e, Buſſerio erogavit, quibus li-
uteretur. Poëmata quoque fe-
alterum de Rhęa inſula libera-
alterum de Scanderbego. Scan-
egum, generoſioris ſoni cau-
ut dicebat, Scanderbergum ap-
avit. Begum Turcæ dicunt, quē
ninū Latini. Stylum quoque,&
ſa & verſu, gallicè exercuit:Sed
rum, quæ edidit, eruditi om-
prĕſtantiſſimum judicaverunt;
titulus eſt, Floſculi hiſtoria-
. Tranſlationes hujuſmodi, in
riptionibus librorum, nec ve-
s uſurpavere,nec boni ulla eta-
criptores comprobaverunt. Hi-
iam Eccleſiaſticam, ab ineunte
: ſæculo noſtro, quò Spondanus
duxit, perſequendam ad hanc
tem ſuſceperat : Sed, tanto la-
is ſub pondere, tentatum po-
s, quàm verè incœptum, opus
niſit. Ingenio vigebat acri, indu-
o, eleganti. Verùm interdùm
roſus, anxius, & amicis ingra-
& ſibi gravis erat : Id hemicra-



natus, quanquàm, neſ
cauſa, Villæfrancæ, quæ
leucas à Lugduno diſtat
dictitaret.

CLAVDIO TRILLIAR
dem ſodalitio, vetuſtiſſi
tor Viennenſes, jam tre
tè annos, clara vitam
Nec meliorem, nec ſa
nec etiàm amiciorem u
ni. Valetudine dubia, ing
& vivido, ſingulari Muſa
diligentia colit: Verſus b
gantes, ſtudio fecit, ut eti
genti effluant magis, qu
rentur. Profectò non

nobilis poëta, quos, in eo genere, compoſitos à Trilliardo verſus legit, non probabat modò, ſed & plurimùm laudabat. Nonnullos, ex magno numero, exire in lucem conſenſit, qui vel difficillimis, ſuo ſe nitore & ſpiritu, ſatis ſuperque commendaverunt. Adoleſcentiæ egreſſus terminos erat, cum ſe Ieſuitis adjunxit. Opimo autem Beneficio potiebatur, quod in æde Sammauritiana Ioannes Trilliardus, patruus, inſtituerat, ſuiſque opibus ditaverat. Hoc ſe abdicavit, ut liberior ſapientiam, quàm ſitam in divitiis eſſe negabat, ſequeretur. Nec facti bonum, moderatum, ſanctum pœnituit. Boëſſatio, multos per annos, à ſacris confeſſionibus fuit, teſtis & conſcius benefactorum. Non erat in cujus fide ſecuriùs Boëſſatij de divinis rebus curæ conquieſcerent.

Gaspare Viallerio, iiſdem quoque temporibus, Lugduni nato & Eccleſiaſtico Ordini, ab adoleſcentia, alligato, quàm familiariſ-

ſimè utebatur. Ingenio & eloquen
tia Viallerius præſtabat. Sacros in
ter Oratores, præclara virtutis in-
dole, altè eminebat. Singularem
quoque mecum inierat amicitiam,
cujus vinculo, alter alteri, obſtrin-
gebamur. Novamvillam Halin-
curium, de more, frequentiſſima
concione, laudaverat fato functum.
Lugdunenſem pro Rege Provin-
ciam ſapienter, plurimos per annos
is adminiſtraverat. Mirum in mo-
dum omnibus Viallerius placuerat,
qui dicentem audiverant. Quam-
obrem ut in lucem exire pateretur,
quam habuerat orationem, etiam
atque etiam rogabant. Itaque à
Boëſſatio expolitam in vulgus edi-
dit. Acumine ingenij, facilitate di-
cendi, venuſtate, lepore, nitore
ſermonis nulli cedebat. Igitur, inter
concionatores, non ultimo loco
erat. Pariſiis, Lugduni, Tholoſæ,
Montalbani, Viennæ, Gratianopo-
li, Camberiaci & in clariſſimis Gal-
liæ urbibus aliis nonnullis, magna
um laude, divini verbi, è pulpito,

prædonem egit. Si se verò sacræ eloquentiæ & concionatoris officio sinicè dedidisset, facilè primum gradum, aut primo proximum, inter concionatores, obtinuisset : Sic Voëssinum, aliosque magnos viros dicere memini. Vxoris meę, Catharinę Viallerię, frater erat & virum, non solùm ob affinitatem, sed etiàm propter præclarissimam indolem, ex animo viuum amabam, & vero mortuum dolore sum prosequutus.

IX.

QVandoquidem nos Lugdunum advocavit Viallerius, nostra se ad Petrum Guilleminum, Lazarum Meyssonnerium, Balthazarem Monconisium Lierguim, Gasparem Monconisium & Claudium Basserum convertat oratio. LAZARVS quidem MEYSSONNERIVS, Matisconе natus, Lugduni medicinam faciebat : Ad familiaritatem Boëssatij, scripto Pentago-

ſierat & varias futur
tuum conjectiones, q
copo ceperat, diligent
ſequutus eſt. Bene vol
ſuæ pignus, quaſi à ſy
ſum, acceptum à me
Vera pauca, falſa plu
plurima narrabat. Hu
arti qui fidem adhiben
rum mente diſceſſiſſe
bitrer, hæc cùm tàm
prava, irrepſit credulit
ni à Pierij Valeriani,
quod in hyerogliphici
bet, ſcribendi occaſion
rat, quod tamen omn

agno, inter medicos, numero ſi-
fecerat, doctiorem vix inveniri
edicum poſſe faterentur. Hiſto-
am attigit, poëmata fecit; ſed de
te medica, quàm-optimè meri-
is eſt, ſcriptis ſuis. In ea ornanda
aicus illi feré labor & amor. Ve-
imtamen lucro honeſtatem poſt-
abebat pecuniæ amãtiſſimus. Sor-
ida illi, non módò parca, vivendi
atio. Nequicquam tamen. Ad ſum-
aas non pervenit opes; quanquam
ocupletiſſimus, quæ vana erat ho-
ninis ambitio, haberi vellet. Vxo-
em elegantem ac pudicam, hone-
to loco natam, junxerat ſibi. Inſana
nox agitatus Zelotypia, conſiliis,
:ohortationibus, objurgationibus
:ontinuis miſeram irrequietus ve-
tabat. Nonnunquam inſontem il-
atis verberibus afficiebat: Se abſen-
te, domo ut ne egrederetur, aut ad
ſe quenquam admitteret, cubiculo
includebat. Fruſtra hymenæi fidem
miſera obteſtabatur. Lintea, quibus
lectus eſſet inſtructus, in quo cum
illa cubabat, quartum, aut etiam

quintum poſt menſem, amovet alia inſterni recētia patiebatur. I teriùs multò corrumpi & vitiari frequenti lixiuio lavarentur abluerentur, dicebat: Avarè agi bat omnia & cogitabat. Vnicam re liquit filiam ſuperſtitem; qualiu genio, tali forma. Ex ægritudine mentis morbo contracto, multos ante annos, diem uxor obierat. Verſatile, ſi ulli unquàm, Meyſſonnerio ingenium erat. Primis adoleſcentiæ annis, Calvini, Theologorumque illius ſectæ, placitis diligentem operam addiſcendis navaverat. Ad Miniſtri ſe munus comparabat. Miniſter illi ſectæ, proconcionatore, & ſacerdote eſt. Mutata, poſtmodùm, ſententia, ad Iuriſprudentiæ ſtudium animum adjecit, doctoriſque gradum, cum laude, adeptus eſt, quem, poſt paulò, deſereret. Porrò, medicam artem prætulit, quam feliciter Bergusiæ, in Viennenſi Provincia, & Lugduni multos eſt per annos profeſſus. Et ejus quoque tandem piguit: Litem,

de Eccleſiaſtico Beneficio movit, & vicit. Itaque in Lugdunenſium Sannicetianorum Flaminum collegium coopratur. Hic victoriæ fructus extitit : Quo in novo vitæ ſtatu, duos treſve annos vixit ; Collegis nec gratus nec invitus. Calendaria, ſingulis annis, ex arte, optima deſcribebat, & affixto ſibi boni Eremitæ vocabulo, evulgabat. Vnde honeſto, ut putabat, quæſtu, non nihil pecuniæ capiebat. Quæ tamen res haud mediocrem illi invidiam conflabat. Medicinę, nobili arti, id non convenire artificij & quęſtus collegę vociferabantur : In litem res deducta eſt : Cecidere verò illi à cauſa, poſtquàm ipſe pro ſe dixiſſet. Demùm, qui mutationes & rerum caſus, multo antequàm evenirent, providebat, de interitu ſuo nihil præſenſit : Alio, ſe teneri morbi genere, quàm quo laborabat, perſuaſum habebat : Nec, quibus poterat curari ſanarive, remedia adhibuit. Famæ cupidiſſimus erat, nec erat illo quęrendę quiſquam ine-

dictis in Meyſſonnerium
ſeviebat. Vir tamen mir
Meyſſonnerius nihil con
injuriam ulciſceretur. (
acerrima inginij vis-ſum
cium,præclara & ampla
tis cognitio , mirabilis
eleganter quæ vellet f
qua lingua mallet. Co
rum,non mediocris oris
corporis pulchritudo er
turę donis amorem re
que-ſibi generabat. Medi
lum anteponebant. Acu
ter de natura exituque r
conjectabat. Sedulam t

ates ille malè ſanus eſſe gloriaba-
tur. Liberalis & comis admodùm,
omnibus placebat. Si à litteratis,
ut, qui aliqua excellerent virtute,
ſcerſeretur, gratuitam affercbat
operam : Satis ſe lucri ex gaudio,
quod exinde caperet, habere ſe di-
cebat, ſi utilis eſſet. A Chriſtina,
Allobrogum Sabaudorum Duce,
quæ fiſtuloſo ad oculum ulcere
egrotabat, Auguſtam Taurinorum
accitus morbum quidem non ſu-
peravit, quem ars nulla curaret,
acerbitatem tamen mali tempera-
vit, quod unum arti licebat. Epile-
ptico, quem comitialem, ſonticum
& regium vocant, non multo ab
editu interjecto temporis ſpatio,
menſe februario anni M. DC.
XXI. mobo miſerè periit. Sene-
ctutem autem non attigit; frequen-
i ante Tabaci uſu in pulverem ſo-
uti tetro huic medebatur morbo,
ne inclementiùs ſæviret, & quo
morbi cauſam è cerebro deduce-
ret. At verò *ſtat ſua cuique dies.* Fato
omnia ſunt obnoxia, quæ ortum

habent: Stulti vehementer dolent, ſapientes nequidem moleſtè habent: Hi ſe duci, illi trahi malunt.

MONCONISIOS fratres Gaſparem alterum, Baltazarem alterum, non uno tramite ad laudem ire vidimus Gaſpar, cognomento LIERGVIVS, veterum numiſmatum, pictarum tabularum, gemmarum, ſignorum, inſcriptionum, ſigillorum ac rerum omnis generis, quæ aliqua aut artis aut naturæ præſtantia oculos in ſe adverterat, incredibili amore & cupiditate tenebatur. Locupletiorem rerum admiratione dignarum copiam, ſi unum Peireſcium exceperis, nemo collegit. Igitur undequaque Lierguij cimeliarchium, velut quoddam Lugdunenſis urbis miraculum, noſtri externive homines ſpectatum veniebant: Vibis dignitati, & amplitudini convenire non negabant. Mortem non cœlebs, ſed, ſine liberis, haud admodùm ſenex, oppetiit.

BALTAZAREM fratrem hære-

dem ſcripſerat. Is Philoſophicis, Mathematiciſque diſciplinis eruditus innatum peregrinandi amorem ſequutus eſt. Italiam, Hiſpaniam, Luſitaniam, Belgium, Germaniam, Thraciam, Anatoliam, Syriam, Ægyptum, Arabiam peragravit. Non ut res novas ſolùm videret, ſed, quibus animum ſapientiæ præceptis confirmaret, veramque Philoſophię cognitionem acquireret, hos labores adibat. Eruditos viros, cujuſcunque nationis & Religionis eſſent, nullo diſcrimine habebat & conſulębat: Nunquam, niſi eruditior, recedebat. Varias, & etiàm diverſas atque contrarias ad veritatem vias eſſe dicebat. Mortuo Lierguio fratre, in id munus ſucceſſit, quod criminũ Quæſtor, & capitalium cauſarum, Lierguius diſceptator obiverat. Sed uſus rerum deficiebat, quanquàm & ſcientia & diligentia & probitas abundarent. Ex uxore liberos, maſculum alterum, fœminam alterum, creavit. Hæredem filium ſibi

dixit, qui clari parentis ab oblivio-
ne memoriam vendicavit: Nam,
etsi cimeliarchij collectas, quin-
quaginta per annos, immenso la-
bore, incredibilique cura, opes,
patres intra annos, pretio mira-
verit, patris tamen adversaria pu-
blici juris fecit, Ioannis Berteri
docti & clari viri opera usus.

XII.

EOdem Claudius Basset
tempore, felici cultu Musar
sacra frequentabat. Vivido, erec
florido vigebat ingenio. Lugd
in vitam ingressus erat, patre r
locuplete & ad rem faciendam
amplificandam, quantum qu
probo & bono licet, intent
magnum evasurum virum jam
in pueritia, certa quædam spe
Ioannesque Busserius, qu
amœnioribus litteris habuit
prorem, augurabatur. Lib
educatus & institutus, cùm
patris ingenio, in id vir

lium prodiit, quod bonis & benè natis ad gloriam patet. Brevi tempore, æmulos velocitate curſus anteijt longéque poſt ſe, vel ætate ſuperiores, reliquit. Omne eruditionis genus amore & ſtudio amplexus, ſe tamen in primis, volente & jubente patre, Iuriſprudentię & forenſibus curis addixit. Naturę autem impulſu, & divino quodam afflatu, ad poëſim unicè colendam abripiebatur. Cauſas eruditè & eloquenter egit, poſtquàm in forum venit. Quas habebat orationes, elegantia ſermonis, ſententiis, & argumentis mirificè placebant & afficiebant. Sed revocabant identidem Muſæ & ſequebatur. Forenſibus vacuas occupationibus horas verſibus faciendis, libenti & læto animo, ponebat. Florenti illa ætate, Apollini non Baccho; Minervæ, non Veneri, ſerviebat. Irene Tragœdia, quantus in arte poëtica futurus erat, ſeria cõſtantique opera ſe ſi in ea exercuiſſet, oſtendit. Ioannes Baptiſta Mollerius, Co-

captivarum numero depe
tus in ea amanda & frue
Ignaviter otiabatur : In
militum duces , militeſq
bant, Effœminari voluptа
in puellæ ſinu, Imperato
ferebant. Ille, poſt epulas
piparas fecerat, gladio, ſ
Irenes caput , pulcherri
turæ opus , abſcindit :. S
imperare voluptatibus, ſe
cire gloriabatur. Tragœd
argumentum. Primos cùm
adoleſcentiæ annos Baſſ
bat : Poſteà, ſeveriori adh
ra , limavit & expolivit, q

genere, excellunt. Sed, quanti
nt, tanti non fecit, nec popularis
iræ assectator, nec laudis cupidus,
iam etiam cupiunt, qui non me-
ntur. Id temporis, negotiorum
ultitudine distracta mense, à Mu-
seceſſit, repudio tamen non di-
isit. Si otia Superi fecerint, placi-
ſſimos repetiturus amplexus, in-
olarum in pectore, quem à puero
ncepit, ſervat amorem & enu-
t. Tam bonus, quàm ingenioſus,
num id demùm putat, quod in-
nioſi probãt & ingenioſum, quod
obi. Talem Alphonſus Pleſſius,
ardinalis, Camilluſque Neovilla,
gdunenſes Antiſtites, à ſecretis
e ſibi voluerunt, in iis, quæ ad
cerdotij munera & functiones
rtinent. Huic, mediusfidius, mu-
ri, quo defungitur, dignitatem
decus attulit, probitate morum,
ingenij præſtantia relucens.
Vt Buſſerius plurimi Baſſetum,
& Baſſetus Boëſſatium faciebat,
c minoris Boëſſatius MENESTERIVM. Merito id quidem jure.

patria laudarit & ornarit
gulari. Theologus, P
Poëta, Orator, Hiſtori
maticus, Criticus null
per vaſtos uberesque o
ciplinarum & artium e
riatus eſt. Pariſiis nor
ma, ex remotiſſimis am
bis regionibus, allicer
cionem vidi. Quadrage
pore ſermones ad popu
in divi Martini Arcuu
Vndequaq; ad Meneſtr
vi, eloquenti & docta
aures animoſque orati
fluebant. Nec poſſim eg
merito, laudare eloqu

icis (Arma Galli vocant) dille-
:, ut, quid de ea arte non expla-
erit, certè non videam. Orta illi,
ea re, cum Claudio Laborerio,
o bono & erudito, ſimultate pa-
catorem egi. De Inſignium, ori-
e, inter eos, non conveniebat.
ſteà Ioannes Columbus, condi-
nibus propoſitis æquis, alterum
ri reconciliavit. Bona ſyncera-
: fide, omnem ægritudinis ſen-
n, offenſioniſque recordationem
animo dimiſerunt. Sed fida & in-
rupta mecum Meneſtrerius, ab
inti annis, in amicitia perman-
frequentem ſuis in ſcriptis mei
minis mentionem habuit; & per-
tæ, nec fucatæ, benevolentiæ me
imoniis cohoneſtavit. Denique,
de eo dicendi finis ſit, non ma-
ob ingenium & eruditionem,
im propter bonitatem & huma-
atem, ſi perſpectam habeas, ipſe
i commendaveris. Mores ſuaviſ-
i, leniſſimique, forma egregia,
pus habile, valetudo bona & ve-
a. Dicenti vox canora, latera fir-

nō caperet? Quicquid ſcrib
proſâ ſeu verſu, in acumin
tandis totus erat. Indig
Boëſſatius, poſtquàm or
giſſet quæ ſcripſiſſet, nihil
acumina & nonnulla obtu
niri, quod operæ pretium e
bere videbatur, ut pueris
& doctis ſaniſque nauſeam
Puerilibus argutiis ſenex
batur: Etiam ſi quid dicen
viter erat, acutè dicebat
philoſophabatur. Lumina
quæ nequidem ſcintillæ e
tamen ad ultimam uſq
ctutem ingenium perduxi

ibæo lenitas inerat iræ neſcia,& oderatio ſupra injuriam longè ecta.

XIII.

FRANCISCVM BARANCIVM, parem quoque ob animi æquabilitem, omnes amabant : Melion non effinxit rerum natura pas hominem. Patriam & penacavebat diligenter, ne quis ſci-, qui eſſent. Malevoli varia manè jactabant : Ex credibilibus tan conjecturis ortu eſſe Lotham ſuſpicabantur. Vir litteratiſſias hebraicè, græcè, latinè ſcit. Quapropter is erat, qui ex paa (quæcunque illa fuerit) augiens, verè de ſe jactaret, omnia ı ſecum, ut Prienæus ille Bias, rtaſſe. Libris, qui typis excudentur, emendandis, unde alerer, poſtquàm Lugdunum venit, æſtum faciebat. Solertior, dilintior, peritiorque, ſæculo hoc ſtro, corrector (ſic vocant) vi-

ritate famæ, ob eruditionē
gnium, ſibi amicitiam co
rat. Petro Gaſſendo tanti
cum opera divina illa ſua i
prodire vellet, uni Baranci
deret, uni commendaret
adeò Barancij nomini ,
eum epiſtola,inſcriberet. O
qui eruditi habebantur , i
erat,omneſque ipſe ſumm
vabat. De ſuo tamen in lit
hil contulit , quod ad poſte
perventurum ſit. Nam libel
Gallico ſermone compoſit
tantùm edidit. Altero in I
Baptiſtam Marinum invect

ıiloſophicis rebus, neſcio quid,
l conſcriberet, animo molie-
r: Vini appetentior ac, maximè,
l. quaſi à muſto adhuc ferví-
videretur, Bacchi nimio uſu
bri temperationem læſerat.
› apoplexia ſemel atque iterùm
ıtus Medicorum tamen ope
ratus erat. Sed breves infidę-
cum illo hoſte, induciæ; certa
a pax. Nec ideo tamen ſibi
perabat: Adulta æſtate, cum
cis, egregiè pranſus Arare flu-
lavatum corpus ivit: Belliſſimè
ıbat; hac quoque laude clarus
:. Dùm ſupinus, ſequente lintre,
atat, apoplexia invadit. Obeſi ac
pinguis corporis mole gravis,
ſe recipit in lintrem; ſed, cum
ım attigiſſet, animam exhala-
: Annus, à Chriſto nato, quin-
ıgeſimus primus, ſupra milleſi-
ım atque ſexcenteſimum, vitæ-
: illi quinquageſimus ſextus,
ıs minùs, agebatur. Verſus de il-
s interitu Stephanus Bellerius
ennenſis, non certè magno nu-

mortuos ſtudiosè colet
sè venerarer. Barancic
plures nati liberi meli
riſque ſexus: Quorum
in Collegium Quæſtor
Lugdunenſe admiſſus,
tius fato conceſſit.

Si ad bonitatem ſpec
Barãcio LVDOVICVS I
ſi mores & pietatem, di
Nam, ut erga homines,
vitæ officiis, humaniſſi
in Deum piiſſimus hic e
ditè &, magna cum lau
rum patroni munus, in
præfectura, obiverat: N

enſi toga amictum, pileo oper-
m, ſed larua induta, totam ur-
m perambulantem. Solitarium,
agna copia, circùmfuſi comita-
ntur pueri: Si qui obviam fierent,
ui latinè ſcirent, libellos à ſe com-
oſitos typiſque cuſos, liberrimę
icacitatis, ingerebat. Baccho ju-
ente Mercurius Bacchanalia cele-
rare volentibus leges dicebat. An-
æus Saleſius, qui Gratianopoli
iennam conceſſerat, legum ro-
ationi interceſſit: Abrogabat. Ira-
is David maledicenti maledixit.
ditis invectivis, alter in alterum,
æviere. Ridebant ſani & ſicci: Hæc
ic res geritur. Cum agebat cauſas,
oce languida, & tamen clara; ver-
is non lectis, nec propterea incul-
is; ſententiis nec acutis, nec inſi-
idis utebatur. Seriis urbana miſ-
cebat: ſermonem facetiarum ſale
condiebat. Inter cauſarum patro-
os, ludicris iis controverſiis, quæ
Bacchanalium diebus liberè, de
more, agitari ſolebant, dicendis &
perorandis non erat alter melior:

Vultus aſpectu, vocis ſono & actionis quadam mirabilitate, quæ, vel ſi taceret, riſum excitaret, quantum utique alij ingenij acumine & eloquentiæ ſuavitate, conferebat. Sic, nulla artis ope, majorem in modum placebat. Poſtquàm, forenſibus abjectis curis, Sacerdotium induit, pietati ſe & ſimul ignaviæ dedidit: Sed interdùm librorum recordatio & litterarum amor animum pungebat. Ciceronem unum omnibus præferebat; & reliquis Ciceronis libris de natura Deorum libros tres. Sapienter profectò judicabat. Demùm Bellerophōtæis, ut Rutilij Numatiani verbis utar, agitatus ſollicitudinibus, in cubiculo abditus ſedebat. Occluſis, ne quid lucis illaberetur, feneſtris; illic ſitus erat. Mortem autem ſexagenario major obiit. Satis in eo litterarum erat, ut, inter litteratos, jure merito, enumeraretur: Sed bonitate ſuperabat. Hoc verè cœleſti dono hominem ſe præclarum præſtabat. Opes contemnebat: Artes fa-

ciendi quæſtus non neſciebat, ſed oderat; & hac etiàm indole, laudabiliorem majoremq; ſeſe oſtendebat.

IOANNI CHAPVISIO plus ſpirituum, plus doctrinę erat. Boëſſatium affinitate attingebat. Monachorum Benedictinæ ſectæ, in Sanctandræana Viennenſi Abbatia, habitum puer induerat. Enimverò, in ea urbe maximis ſemper fœta ingeniis, non erat, quem virtutis merito Chapuiſius non æquaret. Theologicis diſciplinis inſtructiſſimus Ordini Benedictino, hac ætate noſtra, clariſſima lux acceſſerat, ſingularique ornamẽto erat. Concionator gravis atque eloquens Pariſios, Britonas, Allobroges Delphinates, Volcas & Vaſcones, varioſque præterea Galliæ populos cœleſtis doctrinæ rore lavit, & cibo pavit. Vt materias ſolertiſſimè, de quibus ediſſereret, legebat, ita & mirabiliter diſponebat. Orationis artifex mirus celebres æmulabatur Architectos, qui, facto marmorum

ta Cœlo, junios a conditor
res in Monaſterium Divc
li in Eremo, apud *Pictor*
ſecratum, revocandi cup
petat: Commendatitio ju
præerat. Chappuiſium, qui
tes exequeretur, incœpto
arduo, quàm ſancto anim
ram adjiceret, conſtituit.
dit opinioni ſucceſſus &
ri præcellenti merito favit
Quo benè quæruntur mod
beneficia retulit, laborum
Doctiorem, eloquentio
quàm fortè inveneris; m
nunquam. Attamen & is

dium Trivium negligentia tenuit.

Ingenio & eruditione inſignem, CLAVDIVM TRIVIVM, cauſarum patronum ſingularis litterarum cognitio, cum acri conjuncta ingenio, commendat. Iuris ſcientiæ plurimarũ rerũ peritiã doctrinis deditus adjunxit: Eloquentiorem, ſeu in foro oraret, ſeu Civitatis nomine, ad Principes viros ſermonem haberet, Vienna oratorem non habuit. Ad hanc tamen uſque diem, quod ſcripſerit, in lucem nihil miſit, præter præfationem ſtyli ſubſidiorum Curiæ, anno quadrageſimo, poſt milleſimum & ſexcenteſimum impreſſi, brevem, ſed aptam, & ingenioſam. Liberales illi & exculti mores; innocens vita. Verę amicitiæ capax: Et velim pij non negent Boëſſatij Manes. Repetita commendatione, ſcripta illius fidei ſua, ne deliteſcant & pereant, moriens commiſit: Dij boni? Cùm tineis & blatis in obſcuro pugnant. Quæ gravior infligi vobis injuria potuit, pij Manes?



bat. Viennæ natus r
Monpelij didicerat,
nonnullos per anno
In ea Imperij Gall
ſtabiles ſibi ſedes, po
mo ſuo, conſtituerat
tit. Varia de Roſeæ
natiſſimis Fratribus (
tur) per id tempus
Homines eſſe qui qu
vellent , ſeu erudita
linguas, ſeu artes & ſ
labore, quam vellent
dies, quàm concupiiſ
haberent ; ex viliori
mirum in modum, m

fabulæ ſcripti à nonnullis, de ea re, tractarus, quorum in numero Paulus Didiſus, Theophilus Schuveichartius, Euchariuſque Cygnæus (ficta nomina) ac Henricus Neuhuſius Dantiſcanus fuerunt, magnum authoritatis pondus afferebant. De ſuo Chaumeus, per ludum & jocum, juvenilemque laſciviam, multa adjecit; hoeque maximè, id hominum genus, cum vellent, videre, nec videri; quorum, ſi è re ſua eſſet, ingreſſi eſſent domos, omnes pervagari liberè per angulos; cœnantibus, colloquentibus cum domeſticis, cubantibus adeſſe nec videri. Ex ſodalibus, tres quatuorve convenire Chaumeum ſoliti erant. Latina lingua, qui commenta hæc nugaſque frivolas enarrarent, libellos confecit. Illis verò ad compita, ædium ſacrarum fores, & loca quæ plurimùm frequentarentur, proponere venit in mentem. Quibus benè beatéque vivendi libido eſſet ad id ſodalitium invitabantur; felices his ſi ſacris ini-

fraude, aquilonie ene in
mo ferat. Proſcriptis his
miratio primùm ac dei
perturbatio Pariſienſes c
tus, luctus, indignatio o
raſque domos invaſit. Sui
ctis ſecuros non putaba
nec liberè cum domeſti
nec rebus ſuis operam da
bitrio, audebant. Conſleri
civium fieri non potuit,
giſtratus animadverteret.
auctores inquiri jubet, e
veſtigati ſi deprehendantu
certus. Principio Chaume
excogitaſſet, tanto opinior

fuga conſuluit; periculo ſe prudens ſubduxit; Viennam rediit. Totum ſe in Muſarum ſinum abdidit; & paucos intrà annos, cum nullus ſtudiorum modus finiſque eſſet, eos ex vigiliis, non intermiſſiſque laboribus, eruditionis fructus retulit, qui omni abundè vitę occupatiſſimo, ad laudem, compendiumque & utilitatem, ſufficerent. Quod neſciret, nullus medicorum noverat. Itaque, celeberrimos inter medicos, potiori omnium, ipſorumque adeo medicorum, commendatione laudabatur. Ducta uxore, ſedem domicilium que ſtabile Viennę conſtituit, &, poſt paulò, factum ut Medicorum, qui in ea urbe habitabant, facilè princeps haberetur. Latinam linguam, in ea à pueritia exercitatus, optimè callebat. Vernacula & propria lingua, cùm latino ſermone uteretur, loqui dixiſſes. Venatio & valetudini & fortunis nocebat: Nec ægrotis indulgebat, nec ſibi parcebat. Quapropter ex nimio in venatu labore

liis uteretur. Nobilis ir
oppido matrona ægrota
mei opem implorat. Qu
pedibus quotidié ſeme
rùm venit,nam curru ve
pigebat, in morbum in
à primis diebus fore ſib
pronuntiavit. Quinquag
tatis annum prætergreſſ
omnium,meoque maxi
mortem obiit. Honora
me nullum, poſtquàm
ribus, è morbis, ſua o
luiſſem, meam præter b
tiam, quam optabat, u
tur, volebat. Aliam à li

ɔn longè à Vienna oppi-
ɹat, ortum habuerat. Phar-
ɯm artem conficiendorum
iſſimam longo uſu & inde-
ſecutus erat, ut nihil omni-
od conduceret, latere vide-
: Herbarum ſimpliciumque,
ellant, plurimam cognitio-
adjunxerat. Inter nos quàm
nè amabamus. Boëſſatij etiã
morem conciliaverat. Vt non
in illa arte, à quo eruditione
entia ſuperaretur, ita nec, in-
rtifices, quem humanitate; in-
ıa, nec ficta, bonitate; nobili-
lucri contemptu, non ſupera-
Mortuus eſt ſexagenario major;
ua hora animam emiſit, dice-
Boëſſatius, in ſomnis, nam Li-
ci, tribus à Lugduno leucis,
ſibi apparuiſſe, & læto ſimi-
diſtinctiſſimè dixiſſe, en Alar-
ruus mortuus eſt. Morbo de-
bentem, quo defecit, Vienna
niacum proficiſcens Boëſſatius
uerat. Suos mihi libros omnes,
,viva voce, legabat, moriens,

ſim amicitiamque viri
quam ex animo decede
è vita priùs ego deceſſe
mea ſupina oblivione
poſtremo, in hac narra
ſit, qui, inter Boëſſatij
cultores, non longè à p

De ARNALDO POLL
sio, & pro viri merit
cum obſervantia, dudu
facta eſſe debuit. Sed qu
virtus locum occupet,
ſtiſſimus locus habebitu
jam inde à pueritia, Fo
graphos, Hiſtoricoſque
veterumque numiſmati

ciebat : Dein, variis fortunæ caſibus exagitato, ſolatio ac decori exiterunt. Vir, cetera, jucundus, & ad omnia vitæ officia aptus, vix ſuperiorem in multis, quæ ad eruditionem ſpectant, habet. Vt ſunt quæ ad Geographiam, Hiſtoriamq; pertinent cùm Romanorum, tùm Græcorum. Mirabilem quoq; adeptus eſt numiſmatum ſcientiam. Ac tantam omnis eorum generis copiam collegit, ut, vel locupletiſſimis in cimeliarchiis, nec plura nec præſtantiora ſpectentur. Præterea & inſcriptiones & vetuſta ſigna, eadem ac numos cura, complexus, quicquid antiquitatis eſt diligit & in pretio habet. Hinc factum ut earum rerum ſtudioſis, quales, hæc multos, &, inmo Principes viros, ætas tulit, non notiſſimus modò, ſed & gratiſſimus, in eorum familiaritatem amicitiamque venerit. Nomen itaque Foeſſij ex illorum numero, qui ſcripſere, ut digni immortalitate viri celebraverunt.

HVMBERTVS GVILLOTVS GA-

RENNA eccè nunc animo ſe objectat, tametſi non tàm litteratus, quàm litterarum amans. Anjovij, qui vicus à Vienna quatuor, plus minus, leucas diſtat, natus, pacis, utcunque ac belli artibus, ſine litteris, inclaruit; quadam naturæ non infelici indole. Latinas vix litteras attigerat, ſed, ſeu proſa, ſeu verſu, ſcriberet, vernaculi ſermonis elegantia & candore ſcripta nitebant. Bacchanalia, poëma cui Liroſophia titulus inſcriptus fuit, jucundiſſimum fecit. Horarias de immaculata Mariæ Virginis conceptione, liberiori interpretatione, preces Gallicè reddidit. Plebeia lingua, quæ ruſticanorum eſt & infimæ ſortis hominum, lepidiſſimos verſus fundebat: E lutulento illo fonte, niſi purum & limpidum, nihil hauriebat. Viu & ſtudio, bellicæ artis peritiſſimus, de equitatus evolutionibus (ſic loquuntur) ſcripſerat, ac imaginibus, quas ſua ipſe manu calamo duxerat, ſpectandas oculis, eodem opere, omnes exhi-

. Varios alarum, cohortium,
ırumque equeſtrium motus,
ıs ſcilicet, cum res poſtulat,
ormas induunt, & ſitus quæ-
recepto à militarium viro-
ıſu voca[illegible]ulo, evolutiones ap-
ıt. Omnium ſanè intererat,
ilitiæ nomen dederunt, id ſer-
pus & in lucem exire: Quod,
ɔ quæ, quorundam contume-
ſibi habendi cupiditas, paſſa
rat. Ludovicus XIII. Rex a[illegible]
um præfecerat: Et, cum eo,
unquam familiariter collo-
ıtur, ejuſque delectabatur con-
dine. Franciſco Subleto Noye-
atus, plurima ab eo Regni ad-
ɪro accepit beneficia: Vole-
ıud ſe multum eſſe, quod lau-
t; nimirùm, intimum eſſe illi
qui Regi à ſecretis & optimus
Charum, ob verſatile inge-
,& ſedulam, nec ſegnem igna-
ue fidelitatem, habebat, ne-
que adhibebat. Itaque, pri-
Ludovico Rege, ac poſteà
rio, patrono, demortuis, ſe,

fuderat, prodigè vixerat
Aniovium ad paternos
vertit. Tenues illi opes,
nis meritique affatim era
blevaret in teneræ puellæ
xus ſenex conjecit: Vxor
Annorum vix ſedecim vi
te Boëſſatio, Garennæ, c
declinabat ætas ad ſenectu
nuptiis locata eſt nuptiis.
viſſimæ curæ lacerebant, ſ
paucos poſt annos, diem c
ris ſuperſtitibus quinque
diriſſima lite. Pulchrior
non viderant noſtri homi
ætate, viduam, nec miſeral

ipio, timido pudore pugnabat : Ve-
ecundia ſua vincebat. Et Mariam
x Garenna formoſiſſimam puel-
am genuit, quæ jam in flore ætatis,
t pulchritudine, ſic & lenitate mo-
um, & quadam mirabili honeſta-
is luce, omniũ in ſe oculos adver-
it, deſideria amoremque pellicit.
t Garennam, quòd averſo à Muſis
on eſſet animo, patrocinio tueba-
ar ſuo, ſic & præterea Boëſſatius
mnes qui earum frequentarent ſa-
ta, gratia, benevolentia, & com-
iendatione etiã ſua cohoneſtabat.

Erat Vienn̄ę THOMAS VLMEVS,
genioſus adoleſcens, qui poëti-
am, impellente præſtantis naturæ
idol, artem valde amabat. Verſus,
la ætate, quæ à pueritia parùm abe-
it, bonos faciebat, quos Boëſſatij
idicio, cenſoris optimi, permitte-
it. Boëſſatius lima ſua, qua ſubti-
or non erat, perpoliebat, quid
i verſu ſervandum, quid fugien-
im, ut caſtigatiſſimus eſſet, edoce-
it. Demùm ſua quaſi manu cupi-
im laudis adoleſcentem ad Mu-

ſas ducebat. Hinc factum, ut, procedentibus annis, eos, hac in nobiliſſima arte, progreſſus fecerit, quos amici laudaverunt; mali verò obtrectantes, quæ vera meritæ laudis probatio eſt, inviderunt.

Tandem hoc præclarorum hominũ agmen ENEMVNDVS GVALTERIVS claudat. Villettę, qui proximè à Vienna vicus diſtat, plebeiis parentibus natus, ſe, vel ſuam ſupra ſpem, ad famam extulit. Non longè ab ea urbe agebat. Ad eum nonnunquam Boëſſatius adibat. Hac corpora ambulatione & hominis, tota Europa celebris, aſpectu animos, recreabamus Nulla unquam ætas meliorem teſtitudineæ fidicinem lyræ tulit. Muſici id organi genus, quod principem, inter omnia, locum tenet, Galli Luthum vocant: Maria Mediceą, Ludovici XIII. Regis parens, decreto liberali ſtipendio, eam ob artis præſtantiam, Gualterium ſuam in familiam receperat, tantique faciebat, ut ex domeſticis nullum

haberet. Maximos, illa ju-
Europæ Principes adiit, quos
ili lyræ dulcedine captos,
a voluptate, tanta admiratio-
plebat. Cumulatus donis ad
i revertebat. Poſtquàm verò
coortis ſeditionibus, in Bel-
aufugit, Gualterius Viennam
Nevij ſedem fixit. Data pe-
non ignobilem villam uten-
fruendam acceperat. Lyra
ti ſi quis ſuperveniret, non
bat; lyram non deponebat.
è & alacriter canebat. Nullę
bant preces; rogatus non ca-
Facilis ceterùm & lętis vir
ous & feſtiva conſuetudine
In ea ſolitudine meditabatur
ros & cantus, quos nobilio-
licines, artis velut ſuę mira-
excipiebant. Vnum Gualte-
omnes colebant & ambie-
Fortè in proxima ſylva inam-
at, neſcio quid, ſicut mos il-
rat, numerorum meditans.
verò vicina circùm loca in-
ant, ac de hominibus in lu-

nç ut ſe ſubduceret, exu
rantur. In innocentem
bant: Sed demùm, auth
è turba neſcio quo, ad M
Viennam adducitur. V
riſere, &, dictis caſtiga
tium petulantia, ad ſu
redire juſſerunt. Anni
morbis oppreſſus, non m
tempus, fato ceſſit. Ioa
lumbum cauſarum in
præfectura procuratore
optimum, qui etiam ly
arte, non ineptè pulſaba
inſtituit. Multo verò ma
norum partem Ioannæ

bat nec propterea facultatum
rticipem fecit. Suum cuique in-
nium eſt. Amicitia, ſi demùm ea
ta ſit, nihil in vita eſſe dulcius,
c majores ex re alia ulla capi fru-
is, tu quidem DVGVÆS, vir ſum-
æ, non neges. Boëſſatius ſanè ju-
ndiſſimum atque utiliſſimum, il-
n, hominibus ſubſidium eſſe pa-
rum judicabat. Quippe ſi læta &
licia cum amico communices,
adam velut, eo momento tem-
ris, acceſſione facta, in lætiora &
liciora creſcere & augeri ſen-
s. Ærumnas verò & ęgritudines
ejus ſinum depoſueris; in lęta
pentè & jucunda, pręſentis quaſi
minis ope, commutatas mirabe-
. Cum Tullio, Boëſſatius opti-
am eſſe vitę ſupellectilem dice-
t. Quamobrem in quęrendis a-
icis tolers, in ſervandis & reti-
ndis diligens & conſtans erat.
uales ſibi optaret, talem ipſe ſe
ęſtabat. Neq, ut, ſunt quorun-
m hominum ingenia, amari ſe
olebat, amare nolebat. Plura con-

gno erant, paucorum
feci, quibus in hoc G
ctu. quem incolimus.
ve exceperis, ſelectis
utebatur. Nam, ſi illo
habuerim, qui & ipſi l
alio Cœlo agebant, faſt
& legendi laſſitudinem
Et erant amiciſſimi, il
belli laude & armorun
rentes viri; quos, ſi c
memorem, operę preti
putem facturum: N
quàm quod ſua cuique
factis laus venit; hos poſ
cè annos reſpexi, &, v

ſoſpitem incolumemque ſervare, quàm crudeliter perdere, tantò bellì artibus pacis artes præſtabiliùs antecellunt. Enimverò omnes, ſi ubique terrarum homines ſaperent & benè ſani eſſent, una planè animorum conſpiratione, inter ſe, amarent & concordiſſimè viverent. Quæ tandem, Stoicus hic dixerit aures mordaci lotus aceto, illa poteſt militaris virtus videri, quæ furentium eſt? Verùm fortium virorum animis & opera ſtant Regna & creſcunt Reſpublicę, qui nempe periculorum contemptione, nulloque mortis metu ab adeundis deterriti, Civium ſuorũ ſalutem protuentur vitamque conſervant. Dementiam autem apto proprioque vocaverim vocabulo audaciam inaniter illam exultantem & ſuperbè infirmioribus inſultantem, non fortitudinem; deceptæ & furentis morbum quendam & væcordiam mentis, non laudabilem rectæ rationis virtutem. Et in Boëſſatij domo, ut ſcis quidem, DVGVÆS, verę etiam,

Andræę Boëſſatio, que
Latinis Galliciſque verſi
no amore celebravit, n
hæc ætas, præſtantiſſimo
li duces, quem præpone
verò quos, pro merito,
in tanto numero, habu
cujus quoque vitam perſ
fata otium dederint, dig
duco. Abelus frater, cui
neſio, nobili prædio, c
erat, plumbea, in Valent
ſidione, glande ictus ceci
dius, Melitenſi Eques, ſing
tamine victos à victo ceſſi
erat temporum rabies, h

quo hæc inſtituta narratio eſt, in pace & bello, in toga & ſago, præſtitit. Fortiſſimum ſe, poſt homines natos, etiã cum omnem fortitudinis à ſe laudem, ultimis vitæ annis, Chriſtianæ uni pietati addictiſſimus abdicaret, cum res poſtularet, minante & fremente improborum invidia exhibebat. Enimvero quid fortiùs, quàm animi altitudine injuriarum eſſe magnitudini parem, in civili excogitari vita poteſt? Filium, ex præſtantiſſima omni virtutum genere uxore, unicum ſibi procreaverat. Hunc in acie fortis & alacris virtus incautiùs, qui ætatis impetus erat, Marti & periculis offerebat. Honorem antepoſuebat vitæ: Veram eſſe ſitam in gloria viam ſibi perſuaſerat. Igitur, ſuum impreſſione facta hoſtes invalit & repugnantes evertit, accepto vulnere, occumbit, quod caducam quidem fluxamque vitam abſtulit, immortalem verò gloriam attulit. Nam in bello cœſi, ut ſcis, DVLCE, per gloriam vivere intelli-

guntur. Gertrudem ſororem, magni quoque animi, & nomine dignam ſuo, virginem hęredem reliquiſſe, ſumma etiam adoleſcenti pro laude ſit. Ingenio vigens & animi præcellés dotibus, quantùm bonæ & pudicæ per honeſtatem licet, ſexum ferè egreſſa ſuum, nec nugas, nec gerras, nec ludicra in deliciis habet, in bonorum numero locat. Bonas in librorum lectione horas ponit: Virtutes ſuis in fontibus quęrit. Muſas colit, jam à proavi ætate, domeſticas. Itaque proſa & verſu, cum nitore & acumine, ac facetè, cum libet, ſcribit. Sed propriæ illi ſcatent facetiæ, quibus ipſiſſimis pudentes inter ſe Muſæ jocantur; quas Attica Syren amaret. Gratianopoli, cum optima parente, ſuperioribus his diebus agebat: Ingenioſorum in ſe oculos amoremque converterat novum velut Viennenſis Cœli ſidus. Magnam de ſe opinionem diſcedens illis reliquit, in qua, velut in tabula à Virtute & Muſis picta, præcla-

iſſimæ puellæ imaginem, ſingulari
um voluptate, poſtquàm diſceſſit,
nimo, quod oculis non poſſunt,
ontemplantur. Nunc, de incredi-
ili morum ſuavitate & allicienti
ffabilitate, nolim dicere quæ fa-
ultatem dicendi omnem ſuperant.
ed & patrui & patris in illius etiam
enis ſpiritus vigent. Armatam,
am à tenerioribus annis, ſtolatæ
Minervam excellere putabat: Ex of-
uſa ſexus caligine, neſcio qui maſ-
ulæ fortitudinis igniculi identi-
lem emergebant: Scintillas deliteſ-
ens, quibus ſe oſtenderet, qua via
labatur, perſpicuas emittebat.
Quamobrem, quò animus ferebat,
uptiæ volentem duxerunt. Arma-
æ, quàm togatæ nobilitatis nube-
e viro malebat. Atenim altera
lteri nititur: Armatæ fulgentior
onos, togatæ tutior. Obmuteſ-
ant leges; ſuſque deque peſſum
mnia ruent. Num, qui legibus de-
etur honos, debetur & togæ? Suum
uique quibuſque de rebus judi-
ium, ſuus amor. Igitur, decimum



parat, tale naſcens in
nymo Chabovio, Sãn
chione, parente nat
veriſſimum & ſple
Chaboviorum nobiliſ
brogas inter Sabaudos
mos, hac noſtra Majo
viros tulit. Patriæ ſalu
lium negotiorum, ſuis
bus, pondus ſuſtentan
mero viſi ſunt ex ſacr
ſuæ adytis. Fortunæ le
quibus vel invita obſeq
nulus hic eſt honori
comparabili Boëſſatij
debebant. Vnde ab in

or non eſt, virtutum ſplendore
um paternas maternaſque lau-
illuſtrabunt, magnitudine &
nero cumulabunt. Is demùm,
GVÆB, vir dignitate & erudi-
ie ſumme, illuſtrium in hoc fa-
iarum vetus conſiſtit honos, ſi
imum patrum ſplendorē mul-
major obſcuretet poſterorum
ia.

FINIS.

Χαρακτηρισμὸν *appellant, ſi-gna cujuſq; virtutis & vitij ac notas reddentem, quibus inter ſe ſimilia diſcriminantur. Hæc res eandem vim habet, quam præcipere. Quæris quid interſit? Alterum præcepta virtutis dat; alterum exemplar. Deſcriptiones has, &, ut publicanorum utar verbo,* εἰκονισμὰς, *ex uſu eſſe confiteor. Proponam laudanda: invenietur imitator.* Senec. Epiſtol. 95.